rnia
al

SPECIMEN
LITERATVRAE FLORENTINAE
SAECVLI XV.

SPECIMEN
LITERATVRAE FLORENTINAE
SAECVLI XV.

SPECIMEN LITERATVRAE FLORENTINAE SAECVLI XV.

IN QVO

DVM CHRISTOPHORI LANDINI GESTA ENARRANTVR VIRORVM EA AETATE DOCTISSIMORVM IN LITERARIAM REMP. MERITA STATVS GYMNASII FLORENTINI A LANDINO INSTAVRATI ET ACTA ACADEMIAE PLATONICAE A MAGNO COSMA EXCITATAE CVI IDEM PRAEERAT, RECENSENTVR ET ILLVSTRANTVR.

Omnia ex Codd. MSS. Laurentianis, Riccardianis, Magliabechianis, Strozianis, Ambrosianis Mediolanensibus, et ex Archivis publicis eruit, digessit, notisque locupletavit

ANG. MAR. BANDINIVS I. V. D.
PVBLICVS BIBLIOTHECAE MARVCELLIANAE P
ACADEMIAE FLOR. ALIARVMQVE

TOMVS II.

FLORENTIAE ANNO CIↃ.IↃ.CC. LI.

SVMTIBVS IOSEPHI RIGACCI.

CVM APPROBATIONE.

SPECIMEN

LITERATVRAE FLORENTINAE

SAECVLI XV.

IN QVO

DVM CHRISTOPHORI LANDINI GESTA

ENARRANTVR

VIRORVM PRAETER DOCTISSIMORVM

IN LITTERARIAM REMP. MERITA

STATVS GYMNASII FLORENTINI

A LANDINO INSTAVRATI

ET

ACTA ACADEMIAE PLATONICAE

A MAGNO COSMA EXCITATAE

CVI IDEM PRAEERAT, RECENSENTVR

ET ILLVSTRANTVR.

Omnia ex Codd. MSS. Laurentianis, Riccardianis, Magliabechianis,
Strozzianis, Ambrosianis, Mediolanensibus, et ex Archivis
publicis eruit, digessit, notisque locupletavit

ANG. MAR. BANDINIVS I.V.D.

BIBLIOTHECAE MEDICEAE LAVRENTIANAE PRAEFECTVS
ACADEMIAE FLOR. ALTARVMQVE SOCIVS

TOMVS II.

FLORENTIAE ANNO CIↃIↃCC.LI.

SVMTIBVS IOSEPHI RICCIOLI.

CVM APPROBATIONE.

CELSITVDINI SERENISS.
AC REVERENDISS.

D. IOSEPHI

EPISCOPI AVGVSTANI S. R. I. PRINCIPIS
LANDGRAVI HASSIAE ETC.

Principis Hersfeldiensis, Comitis Cattimeliboci, Diez, Ziegenheim, Niddae, Schaumburgi, Tsemburgi, et Biedingae etc. Abbatis Exempti Feldwariensis in Regno Hungariae, Equitis insignis Ordinis S. Huberti etc. etc. etc.

ANG. MAR. BANDINIVS

Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς
Καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν

QVAMQVAM nec fortuna mea, neque eruditio eiusmodi est, ut fas mihi putem tenues hasce ingenii mei lucubrationes CELSITVDINI TVAE

20168?4

SERENISS. AC REVERENDISS. conſecrare, tanta tamen eſt, tamque inuſitata praeſtantiſſimi animi Tui in me, atque in univerſum propemodum genus hominum benignitas, ut qualecumque hoc obſequii mei pignus ad conſpectum Tuum venerabundus ſiſtere non pertimeſcam.

Inaudita profecto munificentia, qua litteras exſules paſſim, et vagantes liberali apud Te hoſpitio excipis, favor munificentiſſimus, quem doctis viris, cum in luce Aulae Tuae vitam degentibus, tum Academiam Tuam Dillinganam quovis doctrinarum genere inluſtrantibus non denegas, Te Muſageten maximum, glorioſum, incomparabilem apud longinquas etiam nationes ſine ulla invidia declarant.

Qui benigniore fortuna utuntur, ii fere inſoleſcere, ac rebus proſpere cedentibus, magno ſpiritu inflari, et omnes prae ſe turpiter deſpicere conſueſcunt. Tu vero bonis omnibus uber-

berrime cumulatus, qua animi moderatione, quam liberali in egenos largitate, quam ſingulari in creditos Tibi populos humanitate praecellis?

Haud opus profecto, ut clariſſima Tui Generis primordia repetens, et vetuſta ſaecula evolvens, per immenſam Maiorum nobiliſſimorum ſeriem ad Te uſque deſcendam, cum ea ipſe virtute, meritiſque praefulgeas, ut avitis hiſce praeconiis indigere minime videaris, quae clariſſimorum ſcriptorum litteris memoriae prodita, in univerſo iam terrarum orbe celebrantur. Quem enim latet, Maiores Tuos Auguſtiſſimos, olim Romani Imperii Regimen, ac nuper Svecici Regni tenuiſſe, potentiſſimaſque vires ex tot opimis ditionibus partas, inita etiam cum pleriſque Germaniae atque Italiae Principibus adfinitate, confirmaſſe? Verum hiſce praetermiſſis, ea quae in Te maximi facienda eſſe exiſtimo, breviter repetam, ut reliqui Germaniae

Praesules habeant, quem imitentur, et Itali omnes Catholicae Ecclesiae gratulentur, quod in Te verum Sancti Pontificis exemplar divinitus sibi concessum agnoscant.

Ad meas aures saepe devenit, Sereniss. Antistes, et Princeps, ad Te iam a teneris annis exornandum, animi candorem, pietatem non fictam, prudentiam, ac gravitatem non vulgarem mirifice confluxisse, ac progrediente aetate maiorem in modum crevisse, praecipue vero post Sacerdotale, atque Pontificium munus susceptum, in quo laudabiliter obeundo, adeo veram Ecclesiastici Principis imaginem exprimere conaris, ut nullas umquam litteras posse reperiri putem, quae egregias animi Tui dotes immortalitatis memoria non prosequantur. Datur enim ubique intueri sacra Templa, quorum aliis vel auxisti fundos, vel comparasti, alia vel amplificasti, vel detersо situ ac squalore, splendida reddidisti:

ſacras vero ſupellectiles, ac munera, quot quamque pretioſa Eccleſiae Tuae contuliſti! unde, ut reliqua omittam, Auguſtanae aedes, in quibus, uti Pontifex degis, Te reſtauratorem depraedicant.

Dolebas vero, ac vehementer angebaris Celſiſs. Princeps, Chriſtianam pietatem in ditione Tua, et in univerſa paene Germania involutam eſſe doctrinis novis, immo etiam commentitiis, atque abſurdis, monſtris, prodigiis, viſis, ſomniis, gerris denique Germanis, ac ſuperſtitioſis quibuſdam ſpectaculis nimis obnoxiam. Ad haec itaque penitus ex animis hominum eradicanda, difficile dictu eſt, qua animi altitudine imperitorum iras, et ſycophantarum minas, atque impios conatus pertuleris. Enimvero ſedulo animadvertens, eiuſmodi naevos ab oſcitantia cleri, ac monachorum Ψευδοδοξίαις exoriri ut plurimum ſolere, edita per Te fuit, iuxta Apoſtolicas Conſtitutiones, et Concilii Tridentini Decreta

In-

Inſtructio Ordinandorum, quorum ut pietas, et eruditio magis magiſque in dies augeatur, munificentia Tua, patefacta ſunt Gymnaſia, ac Bibliotheca librorum omnigenae eruditionis refertiſſima Muſis dedicata eſt.

Hiſce itaque propugnaculis, Sereniſs. ac Reverendiſs. Princeps, errores, et haereſes, quibus undique obſidetur Tua ditio, repellere conaris, ac propulſare. Quod ſane nemini mirum videri debet: qua enim animi firmitate, et conſtantia avitae, atque Orthodoxae Religioni adhaereas, quam gaudeas eam ubique florentem, ac de erroribus quibuſcumque triumphantem intueri, praeter alia permulta, et clariſſima indicia, ſatis ſuperque teſtantur litterae Tuae ad SS. Benedictvm XIV. P. O. M. miſſae, in quibus de nova quadam, atque omnino reiicienda Spiritus S. imagine ſummum Pont. conſuluiſti, itidemque litterae ab Eo ad Te datae, quibus induſtriam

Tuam,

Tuam, vigilantiam, doctrinam, ac Sacerdotale robur mirifice extollit.

Atque hoc facis Tu quidem innata Tibi honestatis omnis ac publici boni cupiditate. Hinc illud est omnium voce iure optimo celebratum, salutem, dignitatem, decus, maiestatem denique Sacrarum Litterarum in Tua potissimum unius incolumitate verti, ac praesidio niti. Hinc constans, et consimilis opinio est, unum Te per totam Germaniam nostro saeculo exstitisse, qui universas humaniorum disciplinarum partes beatissima ingenii ubertate non solum sis amplexus, verum et ipse mirifice excolueris, unum, cui tota Musarum cohors adsurgat, cui princeps eruditorum caetus, veluti Apollini, atque Herculi, fasces submittat, quem propter miram in populis regendis mentis aciem universus orbis terrarum, mirabundus suspiciat.

Tu enim Dillinganam Academiam a Card. *Truchsessio* institutam, *Iulii II.* Pont.

Pont. et *Caroli* V. Imp. ampliſſimis privilegiis decoratam, ut adverſus haereticam pravitatem, quaſi propugnaculum eſſet, temporum malignitate conlabentem fulſiſti, nova luce, atque ornamento conluſtraſti, atque, ut melior deinceps ſtudiorum methodus, et ſanius de rebus ad Religionem ſpectantibus criterium inſtituatur, ſollicite ſapienterque curaſti.

Verum neque hic ſubſtitit providentia Tua, Sereniſſ. ac Reverendiſſ. Praeſul: manum enim Tuam beneficentiſſimam ad ampliſſimas aedes, quas veluti Princeps incolis, protendiſti, et Gymnaſium Phfaffenhuſanum a *Sigiſmundo Palatino* incaeptum, ac profligata deinde opera intermiſſum, ad exoptatum finem perduxiſti, ubi candidati ad maiores promovendi Ordines, ad quaelibet pietatis munia, ad Sacrae Scripturae, Hiſtoriae Eccleſiaſticae, Iuris Canonici, et ſincerae Theologiae cognitionem erudiantur, aliiſque ad be-

ne

ne honeſteque vivendum ſacem praeferre poſſint. Omnia itaque, quae dilapſa iam fluxerant, per Te adeo ſeveris legibus ſancita ſunt, ut una virtus, poſt ſeverum examen explorata, non optimatum favor, ad Beneficia quemquam extollat, eique animarum curam commendet, unde adverſus querelas, ne dicam maledicta hominum perditiſſimorum, Tuum ſemper animum obfirmaſti. Immortale profecto hoc Tuum, non erga Deum modo, ſed erga aedificia ipſa meritum, exſtinctis vitam, tenebris lucem reddere, reparare ruinas, labentia Templa ſubſtinere, ab interitu vindicare, et ad Religionem amplificandam nova tecta conſtruere; quae quamvis muta, ſentire tamen, et gratulari ſibi videntur, quod niteant, quod innumerabili concurſu populi celebrentur.

Verum enimvero ſi Tua inaudita clementia, ſi in publicis, privatiſque rebus temperantia, ſi tantus in

ſum-

ma poteſtate, rerum omnium modus, ſi latae leges, ſi ſtatuta iudicia animadvertantur, quid inde aliud coniici poteſt, niſi Tuo exemplo, ſapientiaque hoc eſſe factum, ut integritas, pudor, ius, aequitas in Tuis ditionibus maneant? Hinc Te cives Tui tamquam Patriae Parentem, et humani generis delicium miro animi adfectu conclamitant; et quidem iure: quo enim alio appellent nomine, qui id unum laborat, ut eos feliciſſimos reddat, modo adfluente bonorum omnium copia, annonaeque ubertate eorum neceſſitatibus conſulendo, nunc eas vires, auſaque propulſando, quae detrimenti aliquid publicae tranquillitati, et otio adlatura videantur? Cuius quidem Tuae erga ſe paternae benivolentiae, vel maximum ſuperioribus annis fructum ceperunt. Cum enim univerſa ferme Europa tunc diſſidiis ferveret, bellique turbinibus agitaretur, cumque arduum ſatis eſſet, inter utram-

tramque partem ita ſe medium gerere, ut in neutrius offenſionem incideres, Populi tamen Tui, aurea pace frui potuerunt, quae politioribus litteris excolendis optanda maxime videbatur.

Quapropter, Celſiſs. ac Sereniſſ. Princeps, Te unum ex omnibus delegi, cuius numini meos hoſce ingenii foetus conſecrarem, ut eodem tempore, et aliquod grati animi ſignum Tibi exhiberem, et mihi ipſi, monimentisque meis, quae fortaſſe obſcuriora per ſe futura eſſent, quaſi claritatem, et lucem, nominis Tui inſcriptione donarem.

Denique illud a Te tantum peto, ut aliquid in praeſens de maieſtate Tua remittas, et hoſce induſtriae meae fructus, tenues quidem, ſed ſingularis obſervantiae in Te meae teſtes perpetuos, pacato vultu clementer excipias.

Ipſe interim Celſitudini Tuae Se-

reniſſ.

reniſſ. ac Reverendiſſ. vitam longaevam, atque tranquillam, proſpera, ac fauſta omnia a Deo Opt. Max. precor, quo diutiſſime litteratorum hominum felicitati ſoſpes, incolumiſque ſerveris. Vale.

D. Florentiae ex Theatro Litterario Marucelliano x. Kal. Iulias CIↃ IↃ CCLI.

RERVM GESTARVM
CHRISTOPHORI LANDINI
ALIORVMQVE
VIRORVM CLARISSIMORVM
PRO REP. LITTERARIA
COMMENTARIVS.

§. XXIII.

CHristophorus Landinus multiplici Graeci, ac Latini Sermonis cognitione instructus, ea, quae supra retulimus, ad promovenda utriusque linguae incrementa feliciter gessit. At quoniam ei *Petrus Mediceus* Filiorum suorum *Laurentii*, et *Iuliani* curam demandavit (a), ut facilius in eorum animis ad bene feliciterque vivendum praecepta configeret, statuit disputationes quas-

dam, quas Camaldulenſes appellavit, inſtituere. Anno igitur MCCCCLX. circiter *Landinus*, qui maximos in Philoſophia progreſſus fecerat, (2) una cum *Petro* fratre ſuo cum aeſtus vitandi, tum animi relaxandi gratia Pratum Vetus contendens in Camaldulam Silvam adſcendit antiqua Religione notiſſimam (3); in qua, dum vehementi, ardentique aeſtu ſyrius in mortales ſaevit, ſaluberrimo aere, ac temperatiſſimo caelo, per ſummam voluptatem frui licet. Dum itaque ad Heremitarum cellulas ſe conferret, nuntiatum illi fuit, paullo ante *Laurentium Mediceum* cum *Iuliano* Fratre illuc veniſſe, ſecumque e Florentina Vrbe, *Alamannum Rinuccinum* (4), *Petrum* (5) *ac Donatum Acciaiolum* (6), *Marcum Parentium* (7), et *Antonium Caniſianum* (8), viros litteratiſſimos adduxiſſe, qui cum a primis annis vim, copiamque dicendi, exactiſſima arte, et longa exercitatione conſequuti eſſent, pertinaci

dein-

deinceps, ac diuturno labore maxime in philoſophicis ſtudiis proceſſerant, et in *Platonis* doctrina, quae tum prope amiſſa ab inferis revocabatur, probati, et nobiles viri erant. *Oliverius* quoque *Arduinus* (1) vir ea tempeſtate *Ariſtotelis* ſectator acerrimus, adeſſe debuerat, niſi publicis negociis diſtentus fuiſſet.

(1) T. I. not. 5. p. 182.

(2) Hinc illum inter claros philoſophos recenſet *Petrus Lambecius in Prodromo Hiſtor. Literar.* Saeculi poſt *Chriſtum* natum XV. app. IV. Lib. II. §. V.

(3) Collegimus haec ex Prooemio ad Quaeſtiones Camaldulenſes impreſſas Florentiae An. MCCCCLXXII. circiter.

(4) *Alamannus Rinuccinus, natus Florentiae*, ait *Franc. Bocchius in eius Elogio, nobiliſſimo genere, optimis artibus adeo animum ſuum excoluit, ut ſe diuturno ſtudio clariſſimum effecerit*. Hunc *Poccianies in Catalogo Scriptorum Florent. Marſilii Ficinii* auditorem fuiſſe teſtatur; at neque *Ficinus in Ep. ad Martinum Uranium, Epiſtolar. Lib. XI.* ubi diſcipulos ſuos enumerat, de *Alamanno* mentionem facit, neque hic in ſua ad *Philoſtratum* Praefatione, ubi Florentinos quamplures in literis illuſtres recenſet, quidquam de *Ficino* loquitur, quod profecto,

non omisisset, si eo magistro usus esset. Praeterea id a *Bocchio* L. C. minime attingitur, qui tamen ait, *Rinuccinum Io. Argyropuli* in Graecis litteris fuisse discipulum. In celebri *Strozziana* Bibliotheca Cod. extat num. DXCV. in fol. autographus, in quo Epistolae *Donati Acciaioli* adhuc ineditae continentur: ex iis nonnullae sunt *Rinuccino* nostro missae, cuius non solum amicus, sed comes etiam fuerat, dum *Acciaiolus* ab *Io. Argyropulo* Graecis litteris imbueretur. Inter reliquas, una legitur data Prid. Kal. Martii A. MCCCCLIV. dum *Alamannus* admodum adolescens erat, ex qua *Poggium Bracciolinum*, si non Praeceptorem, ipsius saltem moderatorem studiorum fuisse arguimus. *Rinuccinus* igitur in bonis litteris adeo progressus est, ut brevi inter eruditos viros habitus fuerit. Et revera *Philelphus* senior in quadam *Ep. Lib.* XXXI. ipsum appellat *eruditissimum*, et *Landinus* in Lib. I. Camald. Disp. inter viros litteratissimos eum recenset, *qui cum a primis annis vim copiamque dicendi exactissima arte, et longa exercitatione consequuti essent; vehementi deinceps, ac diuturno studio maximos in Philosophia progressus fecerant*. Et profecto ipsum omni doctrinarum genere eruditissimum appellat *Io. Nesius* in Libro MS. *de Moribus ad Petrum Medicem* Dialog. III. his verbis. *Ego una cum Alamanno Rinuccino amicissimo nostro, ac omni litterarum genere eruditissimo relaxandi animi gratia Chartusium me conferam*. Magnum in Patria sua locum tenuit, et unus ex decemviris fuit, qui III. Kal. Dec. A. MCCCCXCV. calamitosissimis temporibus Reipublicae gubernacula obtinuerunt, quin et optima studia in

Pi-

Piſano Athenaeo inſtaurandi munus illi demandatum fuit. Obiit Florentiae A. MDIV. et in Templo *S. Crucis* ſolemni pompa ſepultus eſt in Gentilitio ſacello olim a *Thaddaeo Gaddio* ſaeculo XIV. egregie depicto. Hiſtoricam vitam *Apollonii* Thianaei a *Philoſtrato* ſcriptam Latine vertit, quam *Friderico Feretrano* dicavit. Dedicatoria vero Epiſtola in omnibus, quotquot vidi, editionibus deeſt. Ea autem legitur in Bibliotheca *Strozziana* Cod. MCCCCXIV. in fol. cuius initium eſt - *Ad illuſtrem Principem Fedricum Feretranum Vrbini Comitem Alamanni Rinuccini in libros Philoſtrati de vita Apollonii Tyanaei in Latinum converſos Praefatio incipit* - Primus omnium *Alamannus* fuit, qui opus hoc in latinum tranſtulerit. In inſigni Bibl. *Laurentiana* Pl. LXVII. num. VIII. in nitidiſſimo Codice eadem verſio legitur cum Ep. ad Vrbini Comitem, cuius in fine haec adpoſita ſunt: *Excriptus Florentiae ſalutis noſtrae* A. MCCCCLXXV. *prima aeſtate fuit hic liber, anno poſtquam tranſlatus eſt iam tertio: ſed cum archetypo collatus, emendatuſque* - Iam *Rinuccinus* verſionem ſuam A. MCCCCLXXII. abſolvit, et inedita adhuc in Bibliothecarum forulis deliteſceret, niſi *Philippus Beroaldus* ſenior hanc publici iuris feciſſet, ut ipſemet teſtatur in Praefatione ad *Baptiſtam Contium Io. Galeazzi* F. nobilem Mediolanenſem. Eſt autem alia editio, abſque ullo loci, aut anni indicio, quam *Gothofredus Olearius*, cui plurimum debet Graeco-latina operum *Philoſtratorum* editio, omnium primam fuiſſe putat: verum ex *Beroaldo* colligimus, Libros hoſce *Philoſtrati* ex Bononienſi Typographio *Benedicti de Hectore* deſinente ſaeculo

xv. prodiiſſe, qui et *Beroaldi* ipſius opuſcula A. MCCCCXCVII. MCCCCXCIX. MD. MDII. in quarto edidit. *Aldus* vero A. MDII. cum *Rinuccini* verſionem, tum Graecum *Philoſtrati* textum ſicut et *Io. Gymnicus*, recenſente *Gylberto Longolio*, A. MDXXXII. in lucem protulere. *Gylbertus* tamen *Longolius*, qui *Chriſtophori Longolii* patruus fuit, ſe omnia cum *Aldi* editione recognoviſſe aſſerit, et nonnullis in locis *Rinuccini* verſionem perperam criminatur. Eſt et alia editio Veneta Graeco-latina An. MDLXIX. a *Draudio* relata *in Bibl. Claſſica* p. MCCLXXXVIII. Verum Pariſienſis editio *Friderici Morelli* apud *Claud. Morellium*, A. MDCVIII. tam elegantia Characterum, quam textus correctione reliquas omnes longe ſuperavit, cui addenda etiam alia, quae cura *Oleari* prodiit. Tam egregio labore, qui *Rinuccinum* ſummis laudibus extollerent, non defuerunt. In primis vero *Vgolinus Verinus* in ſua *Flor. Illuſtrat.* honorificam de eo mentionem facit. *Zenobius Acciaiolus D. Dominici* alumnus in *Praef.* ad Verſionem *Euſebii Caeſarienſis* contra *Hieroclem*, quae poſt *Apollonii* vitam ſolet apponi, haec habet -- Qui, (ideſt liber) ſi ad manus olim *Alamanni Rinuccini*, veniſſet, utriuſque linguae ſtudioſi, Civis noſtri, qui temporibus his *Philoſtratum*, latine effecit, puto equidem in hoc potius vertendo laboraturum fuiſſe, aut illi ſaltem moderatorem hunc fuiſſe, correctoremque adiuncturum, ut ſicut tibi officioſus vir, doctis auribus, multarum rerum cognitionem, et Coſmographiae notitiam comparabat, ita facem quoque ad evitandos ſcopulos praetuliſſet. Verum illi quidem, quod pro rei argumento,

nullo

nullo malo consilio profuit, laus est danda, neque vero ceteris, siqua maioris boni datur occasio, relinquenda etc. *Bocchius* denique hac de re consulendus est in Elogio *Rinuccini* nostri pag. xx.

In Bibl. *Laurentiana* Pl. LXV. num. VII. volumen extat Membranac., quod *Plutarchi* vitas a multis auctoribus translatas continet, inter quas *Niciae*, et *Crassi* vitae leguntur a *Rinuccinio* latine redditae, quae etiam editae in antiquis *Plutarchi* editionibus occurrunt. In Eod. Pl. num. x. Codex alter prostat cum hoc titulo aureis literis exarato - *Alamanni Rinuccini in Niciae Athenienſis, Marcique Crassi vitas ad Clariſſimum virum Petrum Medicem Praefatio incipit* - Ex eo apparet, duas hasce vitas numquam antea fuisse translatas, quas suorum studiorum primitias appellat. Opus hoc indicare videtur *Verinus* loc. cit. ubi cecinit:

Qui Niciae, et Crassi traduxit gesta Leonis,
Certaque Plutarchi tristis solatia luctus,
Qui quoque Apollonium, totum qui circuit Orbem,
Convertit nobis, longum volitabit in aevum.

In secundo versu aliam *Rinuccini* versionem indicat, de qua paullo post.

In laudata Bibl. *Laurentiana* Pl. LXV. n. IX Codex est cum hoc titulo - *Alamanni Rinuccini ad Cl. Petrum Medicem in Agidis, et Cleomenis vitam liber incipit* - Ex proemio arguimus, eiusmodi opus post *Niciae*, et *Marci Crassi* vitas fuisse confectum. In laudato Cod. IX. exstat quoque *Ageſilai* vita a *Plutarcho* conscripta, et a *Rinuccino* latine reddita. In eodem Pl. n.

XI.

XI. alter est Codex cum hoc titulo - *Alamanni Rinuccini in Agesilai Regis vitam ad egregium adolescentem Laurentium Petri F. Medicem Praefatio incipit* - De quinque hisce vitis loquitur ipse in Ep. ad *Fridericum* Vrbini Comitem, *Philostrato* praemissa.

Io. Andreas Episcopus Alerienfis in Corsica, qui primus *Plutarchi* vitas a variis auctoribus versas edidit, auctorum nomina mire confundit, ut habet *Philelphus* in Ep. quam hac de re eidem Episcopo misit, unde et *Rinuccinus* in Ep. ad Vrbini Comitem iure de hoc ipso queritur. *Plutarchi* opusculum, quod *consolatio ad Apollonium* inscribitur, latinum fecit, quod *Verinus* memorasse videtur hoc versu -

Certaque Plutarchi tristis solatia luctus.

Inter *Plutarchi* opuscula Venetiis edita, alibique legitur: *De virtutibus mulierum Rinuccino interprete* - Est editio quaedam, quam Brixiae prodiisse credimus, cuius hic titulus - *Plutarchi de Cl. Mulieribus Rinuccino interprete* - Sequitur deinde *Paralellorum Plutarchi versio*, quam senior *Guarinus* confecit.

Orationem in funere *Mathaei Palmerii* elucubravit, ut ex *Barptolemaeo Fontio* colligitur in Annal. MSS. suorum temporum sub Anno MCCCCLXXV.

Eumdem etiam *Iannottii Manetti* vitam scripsisse testis est *Bocchius* l. c.

Atque hic est *Alamanni Rinuccini* Operum Catalogus. *Bocchius*, et *Pocciantus* ll. cc. illi adscribunt etiam versionem Epistolarum *M. Bruti*, et *Hippocratis* a quodam *Ranuccio*, seu potius *Rinutio*, qui a *Rinuccino* nostro penitus differt, exaratam.

(5)

(5) *Petrus Acciaiolus* e nobiliſſimo genere natus, eximiae doctrinae vir fuit. Eiuſdem nonnullae extant Ep. MSS. *Pandolpho Pandolphinio* miſſae, quibus eum ob *Iannoctii* Patris obitum ſolatur. De hoc *Gamurrinius* loquitur Part. V. Nobil. Tuſciae Familiar. ubi de *Pandolphinis* agit, et *Io. Marius Creſcimbenius* in prima Claſſe Lib. V. Hiſt. Vulgaris Poeſeos: in ſecunda vero editione hunc inter Claros Poetas recenſet.

(6) *Donatus Nerei Acciaioli*, et *Magdalenae Pallae Strozae* F. natus eſt anno MCCCCXXVIII. In humanioribus litteris praeceptorem habuit *Iac. Ammannatum* Lucenſem, qui poſtea a *Pio* II. Cardinalis renunciari meruit. In gravioribus vero ſtudiis, et graecis praeſertim litteris a *Leonardo Arretino*, et *Carolo Marſuppino* eruditus egregie fuit. Annum agens aet. ſuae XX. A. MCCCCXLVIII. in urbe, et extra peſtifera graſſante lue, incaeptum ſtudiorum curriculum intermittere aliquantiſper cogitur, quae deinde ſub *Poggii*, et *Io. Argyropuli* diſciplina denuo auſpicatus eſt. Excitata tunc Florentiae privata quaedam Academia fuerat, quae *Donato* commodam eloquentiae ſuae palam demonſtrandae occaſionem praebuit; funebrem enim in obitu *Franciſci Vaivolae* Vngariae Ducis, qui contra Turcarum Imperatorem pro *Chriſtiana* Fide tuenda ſtrenue dimicaverat, orationem habuit, eodemque anno Commentaria in decimum Moral: *Ariſtotelis* librum confecit, quae deinde *Coſmo Mediceo* P. P. dicavit. Summam *Donati* in publicis negociis pertractandis ſagacitatem Florentina Reſp. animadvertens, A. MCCCCLXI. eum in Galliam ad *Ludovicum* XI.

qui

qui *Carolo* VIII. ſucceſſit oratorem miſit, ut vetus Regis foedus cum Florentino Populo renovaret, et in poſterum confirmaret. Hac adrepta occaſione, *Caroli* magni geſta a ſe latine edita huic Regi obtulit, cum Florentini omnes tanto urbis ſuae reſtauratori plurimum deberent. Haec MSS. extat in noſtra Bibl. Cod. Chart. in fol. cum hoc titulo *Proemio di M. Donato Accaioli alla vita di Carlo Magno a Lodovico Criſtianiſſimo Re di Francia*. A. MCCCCLXV. Rex vero, ut palam faceret ſe *Donati* munus aequo animo excepiſſe, inter ſuos Conſiliarios eum adſcivit, ac Magiſtri cubicularii titulo cohoneſtavit. Idque aetatis ſuae A. XXXII. dum in Gallia degeret, conſequutus fuit. In Patria vero ſua, cum annum ageret XXXV. unus ex Supremi Magiſtratus Prioribus deſignari meruit, quo in munere obeundo conſanguineum ſuum *Io. Oricellarium* collegam habuit. Publico functus miniſterio librum conſcripſit, ut oſtenderet difficilius eſſe recte operari, quam contra. Oeconomicum quoque ſermonem exaravit pro laudato *Oricellario*, quo ad effuſas eius divitias, et ad *Filiorum* numerum, totamque familiam reſpexit, declaravitque horum omnium uſum ſine doctrina, doctrinam autem, ſine iis, in ſe ipſa inutilem prorſus eſſe. A. MCCCCLXIV. *Coſmo Mediceo* fatis ſublato *Donati* Amico optimo, ut ipſe *Coſmus* Florentiae publico decreto Pater Patriae renunciaretur, curavit: *Petro* vero eius F. gubernacula Reip. adepto labores ſuos inſcripſit, et deinceps cum eiuſdem *Petri* Filiis firmiſſimam ſervavit amicitiae fidem, quam clarius oſtendit, dum publici aerarii munus admi-

miniſtraret. Piſtorii in ſeditionibus ſedandis ſe mire geſſiſſe traditur, itemque ſumma dexteritate uſus fuit Volaterris, dum ibi poſt *Petri Medicei* obitum dux merito renunciaretur. Paullo poſt, cum *Donatus* ad Mediolani Ducem orator mitteretur, eum, una cum Neapolitano Rege, in Florentinorum foedere iunxit. Legatus quoque ad Pontificem *Paullum II.* renunciatur, cum decumas univerſo Orbi Chriſtiano, belli conficiendi gratia in Turcas a *Pio* II. incoepti, impoſuiſſet. Defuncto *Paullo*, *Sixtus* IV. ſucceſſit, ſtatutaque de more a Rep. legatione, ut de nova dignitate Pontifici gratularentur, *Laurentius Mediceus*, *Dominicus Martellus*, *Petrus Minerbettus*, unaque *Donatus* Romam miſſi fuerunt, quorum poſtremus elegantiſſimam orationem dixit die III. Octobr. MCCCCLXXI. quae in Cod. Chart. Bibl. Laurent. adſervatur Pl. LIII. Cod. XXIII. Volaterris deinde ſeditione exorta, Reip. Decreto, auxilio a Senenſibus implorato, Vrbem in Florentinorum ditionem redegit. *Donatus* vero in Patriam reverſus, ad Iuſtitiae Signiferatus dignitatem An. MCCCCLXXIII. evectus fuit, eaque occaſione *Ariſtotelis* Politicorum libros in compendium redegit. Mediolanum deinde Reip. Orator ſe contulit, ubi paullum commoratur, cum novae legationi ad Galliae Regem praeficeretur, in qua voti compos factus fuit. Gallos enim, ut Florentinis mercatoribus in mari ab iisdem depraedatis, quicquid eripuerant, redderent, ſumma dexteritate coegit; et ipſe Rex damnum Florentinis inlatum pecunia ſua reparavit. Cum autem Mediolanenſium res maxime turbarentur *Galeacii* Ducis obitu, qui a tribus coniuratis

ado-

adoleſcentibus interfectus, filios ſub Matris poteſtate reliquerat: cumque ea occaſione novi aliquid a Pontifice praeſertim plerique pertimeſcerent, Florentini *Acciaiolum* Romam miſerunt, qui, licet *Sixtus* nihil *Laurentio Mediceo* faveret, magnam tamen ineundae pacis ſpem habuit, unde Florentiam reverſus diutius ibi commoratus non eſt; talis enim ira accrevit, *Pactiana* in *Mediceos* proceres coniuratione detecta, ut rurſus ad Pontificem miſsus fuerit. Et quamvis periculum ſubiret maximum, parendum ſibi tamen duxit. *Laurentius* accuſabatur, quod Eccleſiaſticam immunitatem violaſſet, dum *Franciſcum* Piſanum Archiepiſcopum laqueo ſuſpendi iuſſiſſet, ac *Riarium* Cardinalem Nepotem eius in carceres, coniurationis, ut ferebatur, participem, detruſiſſet. Vix igitur Romam *Donatus* venit, cum Florentini mercatores in *Adriani* mole clauſi fuerunt, de eoque idem fieri decretum, verum in propriis aedibus detentus fuit. Ipſe autem Florentini Populi maieſtatem contra omnium gentium iura fuiſſe tali pacto violatam valde conqueſtus, ut primum liber evaſit, propere Florentiam contendit, in quam, Papali excommunicatione indicta, apertum, & iamdiu cogitatum bellum intulit. Cum igitur Patria in magno diſcrimine verſaretur, a Florentinis implorato Galliarum Regis praeſidio, nec non Venetorum, Mediolanenſis, ac Ferrariae Ducis Legatis in unum Mediolani collectis, una congredi conſtituerant, ut ibi quid cum Pontifice, ac Neapolitano Rege, qui ſe ei comitem adiunxerat, agendum eſſet, decerneretur. Et quamvis *Donatus* ob ante actas legationes pluribus angere-

tur

tur incommodis, illuc tamen contendere nulla interpoſita mora voluit, qui tamen Vxori, ſe ab eo itinere ineundo deterrenti, dicitur reſpondiſſe: *Quid me oras? ergo ne urbe tota laborante nos ſoli requieſcemus?* E patria itaque profectus cum Mediolanum perveniſſet, declinante *Iulio* menſe, vix de rebus publicis agere coeperat, quum ipſum dira febris oppreſſit, qua nihil obſtante numquam a conſcribendis litteris deſtitit. Verum ingraveſcente morbo, obiit v. Kal. Septemb. An. MCCCCLXXVIII. Quae cum ita ſint, errare mihi videtur *Fontius*, dum in Annalib. ſuor. Temp. MSS. in Bibl. Riccard. in fol. Nn. num. MXXXIX. ait ſub eodem Anno - *Donatus Acciaiolus genere, ſcientia, moribus ornatiſſimus, mihique ſemper, propter mutuum in me amorem colendiſſimus, dum ad Ludovicum Francorum Regem Florentinorum Legatus proficiſcitur, in febrim incidens, Mediolani obiit V. Kal. Septembr. nono, et quadrageſimo aetatis anno &c.* Cadaver in patriam relatum, et in Chartuſio Coenobio, extra Florentiam, in Sepulcro Gentilitio conditum eſt. Florentinus Populus eius exſequias publico aere celebravit, et *Chriſtophorus Landinus* ante demortui aedes inſigni oratione eum Laudavit. Novem filios moriens reliquit, quibus Flor. Populus tutores adſignavit *Laurentium Mediceum*, *Thomam Kodulphium*, *Franciſcum Carneſecchium*, et *Io. Bonſium*. Eius heredibus onera imminuit, ac filias a publico dotandas eſſe decrevit. *Philippus Iuncta*, qui *Roberto* eius F. *Quintiliani* operum editionem dicavit Florentiae impreſſam A. MDXV. haec de *Donato* habet - Has tam diligentes recognitionis lucubrationes ſuas Tuo potiſſimum nomini nun-

nuncupandas volenti mihi, persuasit, quod eo esses nobilissimae familiae splendore, tanta bonarum artium eruditione, quae Cll. maioribus Tuis, ac proxime a *Donato* parente Tuo praestantissimo viro, suis scriptis immortali, tibi haereditaria est etc. Praeter Commentaria in Ethicam *Aristotelis*, in quatuor Physicae libros, quemadmodum etiam in illos de Anima, *Leonardi Arretini* Historiam Italice vertit, duas *Plutarchi* vitas latine reddidit, alteram *Alcibiadis*, *Scipionis* alteram. Aliae deinde eiusdem e Graeco in Latinum versiones extant in Bibl. Abbatiae Faesulanae Canonicorum S. *Salvatoris*. Hunc natura mediocri corpore, sed firmissimis viribus ditavit, quem etiam tam egregia forma praeditum fuisse tradunt, ut eius adhuc adolescentis effigies in publicis aedibus in Veteris scalae angulo collocata fuerit. Quam supra retulimus de *Donati Acciaioli* gestis brevem narrationem, ex quibusdam scriptis, excerpsimus, quae apud nos sunt, cum hoc titulo - *Vita di Donato Acciaioli Gentiluomo, e Filosofo Fiorentino cavata dalla distesa descritta da Angelo Segni* - Elegantissimam *Landini* Orationem in eius funere habitam adservamus, quam his verbis memorat in Apologia Vrbis Florent. - *Donato Acciaiola ancorchè fosse dato tutto alla Filosofia, nondimeno riempiè gli scritti suoi di molta eloquenza. Compose di molte Opere, e diverse ne tradusse dal Greco, siccome noi raccontammo nell' orazione funerale, che noi facemmo nella sua morte. Morì l' anno* MCCCCLXXVIII. *del mese di Agosto.*

(7) *Marcus Parentius Petri Historici* pater fuit, cuius historia ab Anno MCCCCLXXVI. usque

uſque ad Annum MCCCCCXVIII. MS. adſervatur in Codicibus Florentinis.

(8) *De Antonio Caniſiano*. vid. ea, quae diximus T. I. num. IX. pag. 165. ſeq.

(9) *Oliverius Magiſtri Thaddaei Cambini de Oliveriis*, e nobili genere ortus eſt, ut ex hiſtor. Florentinar. familiar. a *Petro Monaldio* conſcripta deprehenditur, dum ait - *La famiglia de' Boccacci, detti ancora Ardovini da un meſſer Ardovino Dottor di Legge, ebbe origine da Signa. E graduita di otto Signori, il primo nel* MCCCCII. *fu Domenico di Aleſſandro. Di loro fu Oliviери Canonico Fiorentino aſſai dotto in greco, e in latino*. Hic adhuc iuvenis, tantam liberalibus ſtudiis navavit operam, ut brevi, ſummam doctrinae laudem adſecutus fuit: quare in Piſarum Gymnaſium, ut iuventutem in philoſophia inſtitueret, a Flor. Rep. arceſſiri promeruit, ibique teſte *Pocciante* l. c. *Franc. Diaccetum*, et *Franciſcum Verinum* Auditores habuit. Peripateticae doctrinae ſectator acerrimus evaſit, ut *Chriſtophorus* noſter in Quaeſtionibus Camaldulenſibus loquitur, et *Marſ. Ficinus* in ſuis Epiſtolis, et praecipue in Ep. data *Laurentio Mediceo* pag. XXVII. prior. edition. *Donatus Acciaiolus* ei ſequentem Ep. mittit, quae inter eius MSS. Ep. occurrit in Biblioth. *Strozziana* Cod. DXCV.

OLIVERIO ARDVINO.

Virtus tua, et amicitia noſtra poſtulat, ut ubicumque occaſio tulerit, honori tuo non deſim, utinamque declarare poſſim, quanti te faciam, quibuſque praemiis dignam iudicem doctri-

ctrinam tuam. Sunt plerique, qui omnes machinas adhibent ad conſequendos aliquos dignitatis gradus, et quiſque ſuos habet fautores. Verum ſatis habet fautorum, qui virtutem habet. Quod vero ad me attinet, acceptis litteris tuis, hanc brevem Ep. ſcribendam putavi, ut Tibi perſuadeas, ea, quae Te velle, quaeque ad ornandam virtutem tuam pertinere arbitrabor, me liberaliſſime eſſe facturum. Vale x. Maii MCCCCLXXI.

In quadam charta *Dominici Fighinenſis* publici tabellionis ſub A. MCCCCLXXIX. appellatur: Eximius artium Doctor D. Oliverius Magiſtri Thaddaei Cambini De Ardovinis Presbyter Flor. et actu legens Pius Philoſophiam - Alibi vero dicitur ab eodem Notario ſub A. MCCCCLXXXXVII. Decretorum doctor, et ſacrae paginae Profeſſor, Canonic. Flor. et Rector Eccleſiae S. Mariae Vghi de Florentia. Clarus habitus eſt, non ut *Poggianus* tradit A. MD. ſed A. MCCCCXCVII. VII. Kal. April. de eius obitu ita loquitur *Petrus Parentius Marci* in Hiſtor. Flor. ſuorum temporum, quae autographa in *Strozziana* adſervatur Cod. CCXCV. in fol. *Morì Mes. Olivieri Ardovino Canonico di S. Maria del Fiore, et Filoſofo excellentiſſimo, quanto ai tempi ſuoi Italia aveſſi: di che la Città noſtra fece grandiſſima perdita. Leggeva Filoſofia pubblicamente, con ſalario di fior.* D. *Franc. Sanſovinus* in additione ad Apologiam Florentinorum, *Dantis* operi praemiſſa, de eodem ait, *Olivieri Arduino Canonico di S. Reparata leſſe a Piſa Filoſofia con ſua grandiſſima gloria, e ſuoi diſcepoli furono il Diacceto, e Franc. Verini filoſofo molto onorato dell' Accademia Fiorentina.*

§. XXIV.

§. XXIV.

ITaque recta in eam cellulam *Landinus* profectus, in qua ſocii itineris difficultate aliquantum defatigati vires reficiebant, illos ſedentes invenit, qui vix ac novum hoſpitem praeter omnium exſpectationem intuentur, ſubito gaudio ſurrexerunt, atque poſt illa, quae inter familiariſſimos primo congreſſu dici ſolent: Nihil, inquit *Laurentius*, exoptatius evenire potuit, quam quod nos in huiuſcemodi ſolitudine, *Landine*, offenderes. Nos enim per aliquot dies, dum intenſiſſimis caloribus omnia exuruntur, ab urbanis rumoribus huc eo conſilio devenimus, ut horum montium amoenitate, ac temperatiſſimo caelo, fruamur, et in aliqua animi voluptate verſemur. Spero itaque, ſi hiſce te Philoſophis adiunxeris, nullum nos iucunditatis, ſuavitatiſque, genus eſſe deſideraturos. Ad haec quum reſpondere

Landinus iam coepiſſet, ſubita res orationem interrupit. Nuntiatum eſt enim, *Leonem Baptiſtam Albertum* (1) paullo poſt adfuturum, nuper Roma profectum, qui quum via Arretina in Figlinenſi agro apud *Marſilium Ficinum* (2), *Platonicorum* ſcriptorum interpretatione, et defenſione, clariſſimum, divertiſſet, ſtatuerunt communi conſilio non prius Florentiam ire, quam totam Caniculam inter Caſentini tempe declinaſſent. Hi igitur quum iam ad Coenobium deveniſſent, dimiſſis equis, lento paſſu, una cum *Mariotto* Camaldulenſi antiſtite (3), viro et religione, et doctrina probato, ad novos hoſpites conveniendos, ſummo ardore ſimul adeundi, et colloquendi incenſi, obviam proceſſerunt; et pluribus ultro citroque habitis verbis, reliquum diei (ad occaſum enim iam Sol vergebat) in *Baptiſtae* ſermonibus conſumtum eſt. Erat enim vir ille omnium, quos plura iam ſaecula noverint,

rint, omni humanitatis, ac ſalium, genere cumulatiſſimus.

(1) *Leonis Bapt. Alberti* ſcripta nonnulla autographa a nobis adſervantur. Huius vita inedita ab Anonymo ſcripta exſtat in Codice chartac. Bibliothecae *Magliabechianae*. Hiſtoria quoque Coniurationis *Porcariae* ab eodem *Alberto* conſcripta in Codice Florentino adſervatur. *Bernardus Orticellarius* in Collectione Rom. Antiquitatis ad *Pallantem* filium MS. in Biblioth. V. Cl. Subdecani *Riccardi*, *Albertum* noſtrum nominans, haec addit -- Vir ſane Architecturae peritiſſimus, ut eius ſcripta indicant, et qui in proſequendis antiquitatum monumentis, huius aevi omnes facile ſuperavit -- De eo loquuti ſumus Tom. I. p. CLXIII.

(2) *Marſilii Ficini* vitam ſcripſit *Io. Curſius* diſcipulus. Exſtat M S. in Cod. Bibl. *Strozzianae*, quam penitus ignoravit *Georgius Schelhornius*, qui nuper eius pro litteraria Rep. geſta collegit, in *Amoenitatibus Litterariis* Tom. I. In Epiſt. *Antonii Alcii* ad *Petrum Coſmae* F. *Medicem*, quam videre eſt in P. I. *Collect. Coſmianarum Bartolemaei Scalae* in Bibl. *Laurent.* Cod. Membranac. in 1 v. P. LIV. num. x. et alibi haec leguntur -- Quid enim eam memorem? quod „ nullus alius ingenuis, nullus bonis, nullus „ egregia indole adoleſcentibus, eo (ideſt „ *Coſmo Mediceo*) plus favit, plus eos dilexit, „ plus iuvit. En *Marſilius Ficinus* noſter magna indole iuvenis adeſt teſtis. Ei enim, „ et domus in urbe ab eo coëmta; fundus „ autem dono datus, ut nulla inopia, nulla

„ ſollicitudine anxius, litteris operam dare„ iugiter valeat etc. -- *Ficini* quoque ſaepius meminit *Nic. Valorius* in *Laurentii* Vita. Vide ea, quae diximus Tom. I. p. CL. et ſeq.

(3) Hic eſt *Mariottus Allegrius*, ad quem plures miſit Epiſtolas *Ambroſius*, quae publica luce donatae, opera Cl. *Laurentii Mehus*, brevi prodibunt.

§. XXV.

POſtero die, quum iam omnes conſurrexiſſent, ac ſacris interfuiſſent, placuit, valetudinis voluptatiſque cauſſa, per ſuperiorem Silvam montis iugum ſpectantem, deambulare: paullatimque eo deventum eſt, ubi in florido prato fontem limpidiſſimum latis, umbroſiſque, ramis patula fagus intexerat. Hic *Baptiſta*: En vobis, inquit, optimi viri, arbor ipſa, et rivus ſuavi murmure perenni e fonte decurrens, platani, atque ſedilia undequaque, a natura quidem inchoata, paſtorali autem opera paullum elaborata, commodiſſime nos recipient,

ut

ut poſt hanc per acclivem locum deambulatiunculam in amoeniſſimo hoc loco ſiſtamus. Poſtquam ita reſederunt, perbeatos eſſe dixit illos, qui quum litterati ſint, in aliud tempus reiectis publicis privatiſque curis, in aliquam ſolitudinem diſputandi gratia ſe conferunt. Atque hic *Laurentium Mediceum*, qui nondum iuventutem exegerat, cum *Leone Baptiſta Alberto*, *de duplici*, *quod proprium hominis ſit*, *vivendi genere* diſceptantem *Landinus* induxit, oſtenditque hominem, neque ad inertiſſimum ocium, neque ad deſidem voluptatem, caſu natum; ſed ad maximarum, divinarumque, rerum cognitionem, aut ad praeclariſſimas quaſdam et humano generi ſalutares artes excolendas, a ſummo rerum omnium Opifice eſſe procreatum. Poſtquam vero ea de re ſatis diſputatum fuit, commodo itinere ad cellulas rediere.

§. XXVI.

VIx igitur bene poſtera dies illuxerat, quum ad ſacra arceſſuntur, quae idcirco matutino tempore *Mariottus* peragenda curaverat, ut maius ad *Baptiſtam* audiendum diei ſpatium ſupereſſet. Peractis itaque ſacris, illos circumduxit *Mariottus*, qua natura eorum locorum ad ſummam voluptatem adliceret, tum etiam, qua multa priſcorum virorum monimenta ſanctitatis, ac vitae auſteritatis, exſiſtunt; ut eſſet, cum oculorum ex regionis amoenitate, tum mentis, atque animi, ex antiquae Religionis veſtigiis tanta voluptas, ut prius ad fontem pervenirent, quam a limine pedem protuliſſe animadverterent. Quod quidem eis ſatis ex ſententia ceſſit; celerrime enim, nulloque incommodo, illuc devenere, ubi quum conſediſſent, *Baptiſta Albertus*, quae ſint ſcitu homine libero digna ſedulo perquiſivit. Verum ante-

antequam dicere inciperet, seorsim de bonorum, malorumque, finibus nonnulla protulit, licet de iis in hesterna disputatione, sed alia quadam ratione, egisset. Tunc enim quae potissimum via nos commodius illuc perduceret, quaerebatur; nunc vero, quid illud sit, quo duci optamus, investigandum supererat: atque hanc quaestionem duo *Acciaioli* fratres, et *Alamannus Rinuccinus* egregie illustrarunt. Quapropter quum abunde *Laurentio Mediceo* satisfactum esset, Solque iam ad meridiem vergeret, omnes, hortante *Mariotto* hospite liberalissimo, surrexerunt, illumque sequuti hilares ad reficienda corpora concessere.

§. XXVII.

VErum quum matutino tempore ad consuetum locum se contulissent, mira *Albertum* audiendi cupiditate inflammati, voti compotes facti sunt: ille enim,

ut *Laurentio* morem gereret, *Virgilii* mentem aperuit, declaravitque in *Virgiliano* opere quaedam ſiccitate ſua, atque ariditate, placere; quaedam vero, veluti floſculis illuſtrata, et diſtincta, delectare; eſſe denique cuncta eo artificio conſtructa, ut inde omnia ad omne eloquutionis genus exempla in promtu habeas. Notavit etiam quam diligens antiquitatis, et non modo noſtrarum rerum, ſed et Graecarum, omniumque nationum inveſtigator *Virgilius* exſtiterit, quam priſcorum verborum obſervantiſſimus, quam concinne quaedam nova ex ſe formaverit, quam proprie omnium vim tenuerit, quam inſtructus iure civili, et augurum caeremoniis, fuerit. Hiſce breviter perpenſis, quod magis in obſcuro latebat, et a nullo ex ordine patefactum fuerat, quod neque grammaticus, neque rhetor noverat, ex internis Philoſophiae arcanis eruit, demonſtravitque, quid *Maro* de *Aeneae*

erro-

erroribus, deque eius in Italiam adventu, ſibi voluerit. Ad *Didonis* amores producta diſputatio haec fuerat, quum *Mariottus*, tum diei ſpatio iis, quae dicta erant, conſumto, tum multitudine eorum, quae adhuc dicenda ſupererant, admonitus, ut in quartam diem orationem protraheret, hortatus eſt, et *Baptiſtam Albertum* manu prehendens, ad cellulas, ubi menſae paratae erant, reduxit.

§. XXVIII.

QVarta denique die, quum eodem veniſſent, *Albertus* reliquum diſputationis in *Virgilianas* allegorias inſumſit, atque in hunc ferme modum finem doctis hiſce diſceptationibus impoſuere. O felicia profecto ea tempora! O beatiſſimi, omniumque inguis, ac litteris celebrandi, nobilium oſtrorum mores: quippe qui, ut ex

huius

huius Historiae progressu clarius patebit, non vili desidiae, atque inani fastui addicti dolosas saltatrices, et garrulos histriones fovebant, ac pro viribus promovebant, ut cum summo Florentini nominis dedecore, infelici hac tempestate, non sine lacrimis intuemur; sed plerique, aut in mercatura magna dexteritate exercenda, ingentem auri, argentique vim congerebant, aut praeclara studia, ac praestantissimas facultates, excolendo, immortale sibi nomen apud posteros adquirebant. Atque haec notata sint obiter, ut nobilis Florentina iuventus se a parentum tramite longe aberrasse animadvertens tandem resipiscat, et diu deperditum studiorum curriculum rursus ingrediatur. Vt vero ad Historiam nostram revertamur, memoratas Disputationes confeciſſe *Landinum* constat, ut *Laurentium*, et *Iulianum*, *Mediceos* optimis, ac saluberrimis, praeceptis ad honeste vivendum imbueret (1).

No-

Noverat enim, neminem nec se, nec Remp. optime posse regere, nisi prius et iis virtutibus, quae vitam, moresque, componunt, animum ab omni corporea labe expiaverit; et iis, quae rerum maximarum cognitionem suppeditant, illum iam purgatum ita illustraverit, ut quid ipse, quid reliqui homines sint, et quam ad rem a summo Deo fuerint procreati, recte pernoscat.

(1) Consule harum Disputationum initium, unde haec hausimus. In fine vero Lib. IV. ita loquens inducitur *Laurentius* - *Iamdudum quid agas video, o Baptista, ac pro eo maximas tibi gratias habeo. Quis enim non videat, universam hanc disputationem non solum meis precibus datam, verum etiam ad me, fratremque meum, erudiendum elaboratam? Nam etsi ceteri, qui adsunt omnes mirifice tua oratione delectentur; tamen est eorum aetas, ac doctrina huiusmodi, ut etiam sine duce per se haec omnia cognoscere valeant. Hos igitur duos erudiendos quum subsceperis etc.* -- Consulenda quoque ea sunt, quae diximus Tom. I. p. CLXXII. et p. CLXXXII. in Notis. Has Disputationes pluribus in locis suorum Operum *Landinus* commemorat: in Comment. ad *Dantem* Flor. edit. An. MCCCCLXXXI. p. V.

p. XLII. a tergo, p. CXIV. p. CLVI. a tergo, p. CLXXXII. In *Horatio* Lib. II. Ode III. p. CIII. p. CLVIII. p. CCXXVII. p. CCXXXII. In *Virgilio* p. XCII. p. XCIV. p. XLII. De iisdem meminit etiam in Dedicatione *Virgilii* ad *Petrum Medicem*, et in Praefatione ante *Plinianam* versionem adposita. Si vero, quantus *Landini* in alumnum suum *Laurentium* amor fuerit, cognoscere cupias, vide sis eiusdem Praefationem in *Virgilium*.

§. XXIX.

TAm praeclara colloquia litteris *Landinus* tradidit, quae deinde in volumen redacta A. MCCCCLXX. *Friderico Feltrio* Vrbinatum Principi erudita praefatione consecravit (r). Erat ille, veluti noster praedicat, in conficiendis praeliis maxima celeritate, ac consilio praeditus, planeque Punicis artibus *Annibalem* aequabat, quo nemo umquam callidius insidias parasse, nemo peritius instruxisse aciem, nemo arma promtius, atque ferocius, expediisse traditur. Enimvero praeoccupare imminentium hostium consilia, muni-

munitiora loca caſtris circumdare, hoſtes imagine committendae pugnae diſtinere, diuque ludificare, ac denique mora longi laboris atque vigiliae pertaeſos, alacri, repentinoque impetu ſuperare, conſueverat. Hanc perpetuam bellicae laudis exiſtimationem ſplendidiſſime in eo cumulabant litterarum honos, et magnificentiae ſtudium. Praetorium enim amplitudine, et ſtructurae elegantia, celeberrimum Vrbini aedificavit, in eoque Bibliothecam condidit codicibus diſciplinarum omnium refertiſſimam (2). Ille in ocioſa vita, et litterarum ſtudio, a teneris annis adeo verſatus eſt, ut quum pueriles doctrinas per ſummam a ceteris rebus vacationem mira aviditate combibiſſet, nullum deinceps tam negotioſum ſibi tempus fuerit, quin quotidie partem aliquam occupationibus ſubtraheret, et variarum doctrinarum ſtudiis impenderet; adeo ut, ſive domi eſset, ſive peregre, ſive etiam in caſtris, plu-

rimos

rimos ſecum haberet, qui docte, qui eleganter, qui ingenioſe de rebus maximis diſſerere poſſent, ut etiam inter magnorum bellorum ſtrepitus, atque tumultus, adſidue diſputantium voces audirentur; ex quo factum eſt, ut quemadmodum in pace iuſtiſſimum, in bello fortiſſimum, et in utroque ſapientiſſimum; ita et in litterarum ocio doctiſſimum omnes praedicarent. Verum quum praeſtantes eruditione viros apud ſe haberet, opibus foveret, dignitatibus honeſtaret, et egentes mirifica liberalitate ſublevaret (1), minime mirum eſt, quod *Landinum* noſtrum maximi fecerit non modo *Fridericus*, ſed etiam *Guido* filius, cuius nomini ſuas in Q. *Horatium* lucubrationes A. MCCCCLXXXII. conſecravit.

(1) De hoc opere referendum eſt iudicium *Marſilii Ficini* in Epiſtola *Barptolemaeo Scalae* ſcripta. *Legi quaeſtiones Chriſtophori Landini Camaldulenſes: In iis libris Maronis adyta penetrat, Ciceronis dialogos imitatur ad unguem, felicem virum fabricat feliciſſime. Lege illos, et Tu, ſcio*

ſcio, mecum ſenties. Vale. Sed quare in laudando Chriſtophoro tam brevis es, Marſili? quia habet neſcio quid, quod exprimere nequeam. Vale. *Io. Neſius* in libro de Moribus ad *Petrum Medicem*, in primo dialogo haec habet - Si quis autem eſſet horum dimicantium philoſophorum ſigna conlata, exercituſque primo commiſſos ſpectandi ſtudioſus, duos illos *Chriſtophori Landini* praeceptoris veſtri de *Summo bono* praeclariſſimos libros adſumat in manus, in quibus quidem nec dialecticorum acumen, nec graviſſimorum philoſophorum doctrinam, nec verborum ornamenta, variiſque reſpertam floribus orationem, deſiderabit.

(2) De eo ita *Landinus* in Dedicatione ſecundae partis Camaldulenſium Diſputationum: „ Quamobrem quanto multi Te Principes fi„ nium atque imperii magnitudine ſuperant, „ tanto maioribus ſemper laudibus Graecae, La„ tinae, Florentinaeque, Muſae tuum per futura „ ſaecula nomen ad coelum tollent: quandoqui„ dem a ceterorum aulis excluſae tam libe„ rali apud Te hoſpicio ſubſcipiantur: imo non „ amplius hoſpites, ſed civitate iam donatae, „ in exornatiſſimo, atque omnium voluminum „ genere refertiſſimo, ſacello collocatae ſint. „ Tu enim et ſitu ſalubrem, et forma am„ plam, atque inſignem, et librorum copia „ nobiliſſimam, Bibliothecam *Palladi*, *Apollini*, „ novemque Muſis dedicaſti - *Ludovico Odazio Politianus* ſcribens L. I. III. Epp. de duobus ſaeculi ſui Maecenatibus, ſcilicet de *Laurentio Mediceo*, et *Friderico* Vrbinate, haec prae reliquis habet - Hi duo, ni fallor, aut in „ tantis ſaeculi huius tenebris lucem ſperare,

„ qua-

„ quaſique contra torrentem peſſimorum mo-
„ rum brachia dirigere - .

(3) Id *Landinus* praedicat in praefatione ad ſecundam Quaeſtionum Camaldulenſium partem, tum in tertia, ubi haec prae ceteris - „ Vt quum reliqui Italiae Principes in eo o-
„ mnem induſtriam ponant, ut quam maximos
„ ſibi theſauros comparent, aurique, atque ar-
„ genti acervus magis, magiſque, in dies cre-
„ ſcat ; tu maximam tuarum opum partem
„ in Muſarum, et eorum, qui Muſas colunt,
„ ornamenta liberaliſſime effundas - item in quarta Praefat. - Quorſum igitur haec ? nempe
„ ut intelligant, qui diligentius rem conſide-
„ raverint, magnificentiam tuam erga doctri-
„ nas noſtra tempeſtate non minorem eſſe, quam
„ olim *Ptolemaei* fuerit etc. -

§. XXX.

SEd non modo in Caſentina regione, verum et in Faeſulano colle apud *Barptolemaeum Scalam*, et *Angelum Politianum*, ruſticabatur *Landinus* (1), quibus villam ſuam ad montis convallem ſitam *Laurentius Medices* utendam dederat; ibique et ipſe interdum congrediebatur, ut eruditis tantorum virorum ſermonibus frueretur, quod

et

quod et antea *Petrus Laurentii* Pater optimus facere consueverat (2). Quin et in Mucillano agro apud *Mediceos* Proceres (3), et in Asinario Monte (4), saepius degebat, ut, aere saluberrimo refectus, maiore conatu in Florentino gymnasio labores suos substineret.

(1) Villa haec ad Faesulei collis convallem sita erat prope scalam, qua ad Coenobium quondam D. *Hieronymi* aditus patet, quemadmodum nos edocet Epistolarum Lib. x. p. CCCXCIV. edit. Basil. MDXLVIII. *Politianus*, ubi *Marsilium Ficinum* invitat his verbis. Tu velim, „ quando Caregianum tuum Sextili mense ni„ mis aestuat, ruſculum hoc nostrum Faesula„ num ne fastidias. Multum enim hic aqua„ rum habemus, ut in convalle minimum solis, „ vento certe numquam destituimur. Tum vil„ lula ipsa devia, cum paene media silva de„ liteſcat, totam tamen aestimare Florentiam „ potest. Et cum sit in proximo celebritas ma„ xima, semper apud me tamen solitudo est me„ ra, qualem profecto secessus amat: uti pote„ ris autem duplici spe. Nam saepius e Quer„ ceto suo me *Picus* invisit improvisus obre„ pens, extractumque de latebra secum ducit „ ad coenulam, qualem nosti, frugi quidem, „ sed et scitam, plenamque semper iucundi ser„ monis, et vocis. Tu tamen ad me potius; „ non enim peius hic coenabis, bibes fortasse

„ vel melius: nam de vini quidem palma, „ cum *Pico* quoque, valde contenderim - *Fridericus Ottho Menckenius* in vita *Angeli Politiani* p. CCCCL. *Politiani* picturam quamdam memorat vetustissimam atque ut harum rerum periti iudicant, ipsa *Politiani* aetate ab Artifice Italo in ligno expressam, quam inter praeclara multa antiquitatis monimenta, publica Lipsiensis Academiae Bibliotheca servat. Videas hac in tabula quatuor clarissimorum, quos illa aetas tulit, Italorum vultus, *Marsilii Ficini*, *Christ. Landini*, *Politiani*, et *Demetrii Chalcocondylae* in rure Faesulano (ita enim amoenitas loci interpretanda est) iucunde hospitantium, et amice inter se confabulantium. Comitem praeterea *Politiano* se adiungebat *Io. Picus* familiaris, et amicus eius, et *Matthaeus Bossius* vir doctus, et Abbatiae Canonicorum Regularium, Congregationis olim S. *Frigidiani* Lucensis, nunc Lateranensis, a *Cosmo Laurentii* avo instauratae, illo tempore constitutus Abbas. Huc itaque congressi mutuis sermonibus amicitiam confirmabant. Praedicat huius consuetudinis iucunditatem *Politianus* in litteris ad *Laurentium Mediceum* non obviis quidem, in Vol. Epp. eius, praemissis libello *Matthaei Bossii De veris ac salutaribus animi gaudiis*, et inde a *Mabillonio* translatis in Mus. Ital. Tom. I. p. CLVII. De laboribus litterariis eo in rure confectis a *Politiano*, vide *Menckenium* l. c. p. LXI. et seq. *Petrus* quoque *Crinitus* Faesulis rusticabatur, ut ipsemet sequenti Carmine ad *Marullum Tarcaniotam* testatur, *De imagine, ac portento avaritiae*, inscripto.

„ Nu-

„ Nuper Faeſuleis (ut ſoleo) iugis
„ Mentem Lesbiaco carmine molliter
„ Solari libuit : mox teneram chelyn
„ Myrto ſub viridi depoſui , et gradum
„ Placuit ad urbem flectere :
„ Qua noſter *Medices* Pieridum Parens ,
„ *Marulle* , hoſpitium dulce tibi exhibet .
„ At Te perpetuis muneribus fovens ,
„ *Phoebum* non patitur tela reſumere ,
„ Laurens Camoenarum decus etc. -

Hinc *Landinus* cecinit in Elegia , quam protulimus p. CXII. -

„ Nam *Medicum* Feſulis ſtabunt dum fulta columnis
„ Atria , magnanimis concelebrata viris etc.

(2) *Vgolinus Verinus* in Elegia MS. in Bibliotheca *Magliabechiana* n. DCI. ita cecinit -

„ De Liberalitate *Petri Medicis* in omnes doctos .
„ Viſus enim Feſuli Montis recubare ſub antro ,
„ Nobile qua *Medicum* ſidera tangit opus :
„ Tunc nec Lethaeo merſit mea tempora ſomnus
„ Rore , nec omnino pervigil ipſe fui .
„ Tempus erat , *Thereos* quo tunc *Philomela* Tyranni
„ Permemor , implebat queſtibus omne nemus :
„ Pronaque caeruleas iam nox properabat ad undas ,
„ Feſſaque mergebant aſtra ſub aequoribus .
„ Cum viridi *Phoebus* redimitus tempora fronde ,
„ Ante oculos ſubito viſus adeſſe meos .
„ Obſtupui , ut crines per candida colla fluebant ,
„ Splendor ut in toto corpore quantus erat .
„ Veſtis et ardebat Tyrio ſibi murice tincta ,
„ Atque erat Eoo gemma petita ſalo .

„ Tunc citharam auratam plectro pulsavit eburno,
„ Et placido tales edidit ore sonos:
„ O ter felicem, *Medicis* qui tempore *Petri*
„ Inter Syllanides nomen habere cupis.
„ Gaudeat Etrusci tellus veneranda Leonis,
„ Pro qua Cyrrhaei liquimus antra Dei.
„ Liquimus Aonios lucos, et Thessala tempe,
„ Et quae sit Graiis nobilitata modis.
„ Nec Fesulis habitare pudet, montesque Mugelli,
„ Nec pudet Etrusco fonte lavare chorum.
„ Nam vivente *Petro* magnum speramus honorem
„ Vatibus Etruscis, praemia magna dari.
„ Haec similis pietas, hic Maecenatis in omnes
„ Mos fuerat, vates percoluisse sacros.
„ At nunc LANDINI, *Medicum*, *Petri* que, favore,
„ Cantatur toto nomen in orbe tuum,
„ Qui cecinit *Xandram* miro inflammatus amore,
„ Et mox magna *Petri* dicere gesta parat.
„ At Tu, qui tanti sequeris vestigia vatis,
„ Haec illi nostro nomine dicta refer.
„ Nec tua Lethaeas mergetur virgo sub umbras
„ *Flammetta*, ardoris maxima flamma tui.
„ Inter et Etruscas cantabitur ipsa puellas,
„ Et sua post cineres fama superstes erit.
„ Haec ubi dicta dedit, Faunos, Nymphasque, canentes
„ Adspexi, et toto ducere monte chorum.
„ Donec anhelantes nostrum super aethera *Phoebus*
„ Duxit equos, et iam venerat alma dies.

(3) In Elegia, quam supra retulimus p. xc. in funere *Poggii* ad *Petrum Medicem*, rusticationes suas ita memorat:

„ Te

„ Te propter Graios olim Florentia fontes,
„ Et nemus, et Clarii linquimus antra Dei:
„ Nec piguit Feſulos colles, nec Clauſtra Mugelli,
„ Neve Caſentini viſere ſaepe iuga - -

(4) In libro ſecundo *Xandrae* legitur -

DESCRIPTIO MONTIS ASINARII AD *LAVRENTIVM CRESCIVM*

„ Eſt mons, aeternum tribuit cui nomen Aſellus,
„ Quem Thuſca octavus ſignat ab urbe lapis:
„ Hinc denſis tegitur ſilvis, et mollibus umbris,
„ Floribus hinc rident prata decora novis.
„ Necnon et varii paſſim per gramina rivi,
„ Scabra inter rauco murmure ſaxa fluunt;
„ Et purum innumerae circum ſua rura volantes
„ Effundunt liquido gutture carmen aves.
„ Verticis at ſummo reginae Virginis aram
„ Indigenae priſca religione colunt.
„ Namque ibi miranda conſtructum ex arte ſacellum
„ Sancta ſacerdotum, pullaque, turba tenet.
„ Huc nos, dum rapidi ferventia terga Leonis,
„ Altior et flavas urit *Apollo* iubas,
„ *Laurenti* dulcis, ſaevos ex urbe calores
„ Fugimus, hic placido nos fovet aura gelu.
„ At Te, cui Patriae celebres debentur honores,
„ Fas erit urbanae taedia ferre togae,
„ Solicitumque piis pectus componere curis,
„ Civibus unde queas conſuluiſſe tuis.
„ At me, quem magnis ſors adverſiſſima rebus
„ Inferiore dedit ſaeva iacere gradu;
„ Sit ſatis umbroſo viridis ſub tegmine quercus
„ Ludere Pierio carmina grata choro etc. -

§. XXXI.

QVampluribus a *Landino* laboribus feliciter exantlatis pro bono publico, ac pro *Laurentii*, et *Alexandri*, *Mediceorum* educatione, brevi temporis intervallo uberrimos ingenii ſui fructus percepit. *Laurentius* enim optimis praeceptis inſtructus viros doctiſſimos ex univerſo Italiae ſinu Florentiam uſque conduxit, in ſuique amoris nexum, atque vinculum, devinxit, atque copulavit (1), ut vere aureo illo ſaeculo nemo, aut ſummo eloquii nitore, aut philoſophandi delectu, celebris compertus ſit, quem non iſte iuverit, non ditaverit, non aethera ad uſque devexerit (2).

(1) Haec teſtatur *Chriſtophorus Landinus* in Codice membranaceo in 1v. qui in Bibliotheca Eminentiſſimi Principis *Nerei Corſini* S. R. E. Cardinalis ampliſſimi adſervatur, cui titulus „ *Chriſtophori Landini* Flor. ad magnum, vere„ que nobilem *Laurentium Medicem Petri* F. de„ vera nobilitate liber. Verba *Landini* ſunt haec

haec in Prooemio operis. - Nam (de *Cosmi* ,
„ ac *Petri* , in litteras meritis agit) cum pro-
„ pter adversam utriusque valitudinem domi as-
„ sidere, plus etiam quam ipsa Resp. bonique
„ omnes vellent , cogerentur : quis umquam
„ in Italia doctus fuit, cui vestrarum aedium
„ hospitalitas non liberalissime pateret ? Nam
„ et cives , et quicumque in urbe peregrini
„ essent, modo aliqua in illis eluceret doctri-
„ na , quotidie eos salutatum domum venie-
„ bant. Conveniebant itaque et qui de rebus
„ variis , atque magnis , quaererent , et qui ad
„ eas acute copioseque responderent. Erat enim
„ creber apud eos de vita , et moribus ser-
„ mo , ut modo de bonorum , malorumque fi-
„ nibus , modo de officiis investigarent : quae-
„ rebanturque multa tum de administratione
„ Reip. tum de re militari; ac denique de tota
„ re civili, deque in omni vivendi genere re-
„ ctis, honestisque, actionibus disputabatur. Ve-
„ niebant quoque in disceptationem abstrusio-
„ res illae philosophiae partes, ut nihil ex iis,
„ quae aut ad physicen , aut mathematicen
„ pertinerent , intentatum , indisputatumque,
„ relinquerent. Neque terris ceterisque ele-
„ mentis contenti , caelos ipsos penetrabant ,
„ ac de divinis, secretisque essentiis , denique
„ de ipso Deo , quoad homini scire fas est,
„ disputabant. Quid multa? tanta erat opti-
„ morum ingeniorum , atque eruditorum, vis,
„ totque eadem de re , tamque variae opiniones,
„ tanta denique subtilitate disputatae , ut in-
„ tra magnificos illos lares , non modo Aca-
„ demiam , Lyceumque , ac postremum Por-
„ ticum ipsam Athenis migrasse , sed omnem

„ Parisiensem Scholam illuc conveniſſe puta-
„ res. Tanto patri, tantoque avo tuo Tu,
„ *Laurenti*, datus es ſucceſſor, adoleſcentulus
„ quidem, ac paene puer, ſapientia autem,
„ et conſilio, ut deinde tot rebus, tantiſque
„ a Te geſtis, cum tam magnae Reip. mo-
„ lem ſolus ſubſtinueris, experti ſumus, nulla
„ in re inferior: in litteris autem, et in littera-
„ torum ſtudiis multo ardentior; nam quot
„ praeclara ingenia tuis opibus erexiſti? quot
„ viri tua opera, cum ſummam doctrinam ſua
„ induſtria adepti eſſent, ad maximas dignita-
„ tes pervenerunt? Fuit enim ſemper domus
„ tua viris litteratis hoſpitalis, liberaliſſimeque
„ ſemper illis patuit, atque in ea diſputan-
„ di, inveſtigandique, ſtudia ſemper vigue-
„ runt. -

(2) Deſumta haec ſunt ex rariſſimo li-
bro, cui titulus „ *Stephani Ioanninenſis* I. V. Conſ.
„ Sen. in *Medicea* Monarchia Pentateuchus ad
„ Divum *Clementem Mediceum* Pont. Max. - In
ſine operis legitur - Ex Archetypo Anconita-
„ nae Chalchographiae Typo *Bernardini Gueraldi*
„ Vercellenſis MCCCCCXXIIII. VI. Kal. Decembr. -
Petrus Valerianus in Caſtigationibus *Virgilianis*
in Praefatione ad *Iulium Medicem* S. R. E. Vi-
cecancellarium, ita ad rem noſtram - Huius
„ vero, quod veſtro generi praecipuum fuiſſe
„ ſtudium adſeveramus, teſtes illae omni do-
„ ctrinarum genere politiſſimae Academiae Flo-
„ rentinae, in quibus abolitus olim bonarum
„ litterarum ſplendor nitorem priſtinum coepit
„ reparare, bonaque diſciplinarum pars, quae
„ temporum iniuria perierat, viſa eſt revivi-
„ ſcere. Teſtes *Alberti*, *Arretini*, *Landini*, etc. -

Vid.

Vid. *Nicolaum Valorium* in Vita magnanimi *Laurentii*. *Io. Reuclinum* Lib. I. De Arte Cabalistica ad *Leonem* X. *Paullum Iovium* in Vita *Leonis* X. *Antonium Varillasium*, *Iosephum Blanchinium* in Historia domus *Mediceae*.

§. XXXII.

Laurentii itaque imperio augustissimo antiqua bonarum artium gymnasia, ex umbra in lucem traiecta fuere; eiusdem liberalitate, atque opulentia, condigna doctis lucubrationibus, vigiliis, atque sudoribus, praemia reperta sunt, aucta, et propagata; adeo ut omnes litterati viri ad eius lares, veluti ad sapientiae simulacrum, certatim confugerent. Primo namque summa benivolentiae coniunctione *Demetrium* Graecis, Latinisque litteris disertissimum sibi devinxit, quem Florentiam ad publice profitendum arcesserat (1); *Scipionem Carteromachum* (2), *Hermolaum Barbarum* (3), viros Graeci idiomatis peritia praestantissimos, summa

ma beneficiorum congerie adfecit: *Domitio Calderino* familiariſſime uſus eſt (4): *Barptolemaeum Scalam* ſummopere dilexit (5), quem publicis rebus adminiſtrandis praefecit: *Io. Picum* Mirandulae Comitem inter ſuos habuit, virum ſapientiſſimum, et conſpicua ſcientiae laude eminentiſſimum (6). *Marſilius Ficinus*, et *Angelus Politianus*, plurima apud ipſum auctoritate polluerunt. Aluit *Landinum* noſtrum, quem Academiae cenſorem conſtituit (7). Habuit et *Mathaeum Boſſum* (8), Peripateticae ſcholae addictum, *Barptolemaeum Benevolentium* (9) patricium Senenſem, Theologum ea tempeſtate clariſſimum, qui ei litterarias ſuas lucubrationes, quod *De Verbo* opus inſcribitur, conſecravit. Summa benignitate proſequutus eſt *Donatum Acciaiolum* (10), cuius oratorio munere crebro uſus erat. *Io. Argyropulum*, Florentiam a *Petro*, *Coſmi F.* accitum, Civitate Florentina donavit. (11) Atque hic ex *Plutarcho Annibalem* in Latinum

tinum vertit, nisi proprio marte compoſuit; atque *Demetrium*, et Commentaria in *Ariſtotelis* Ethicam edidit. *Mathaeum Palmerium* (12), qui ſenio langueſcens Epitomen temporum poſteritati reliquit; et *Io. Andronicum* Peripateticum (13), qui Florentiae dum publice profiteretur, *Angelum Politianum* auditorem habuit, plurimum iuvit. Denique *Pomponius Laetus* (14) e Calabriae ſinu originem ducens, *Io. Antonius Campanus* (15), *Auguſtinus Dathus* Senenſis (16), *Lucas Pulcius* (17), vates cordatiſſimus, *Barptolemaeus Platina* (18), aliique quamplures, in Academia Florentiae a *Laurentio Mediceo* excitata floruere, quos ad omnes honorum, et opulentiae gradus evexit.

(1) *Demetrius Chalcocondyles* haud obſcuri nominis Grammaticus, vir utique lenis, et probus fuit. Sub *Laurentii Medicei* auſpiciis, ut habet *Nicolaus Valorius* in Vita *Laur.* p. XLVII. Scholam Florentiae inſtauravit, deſertam ab *Argyropulo*, et a *Politiano*, deficientibus Graecis, occupatam. Verum ambitioſo, peracrique aemulo, cum eſſet Latina longe facundia inferior, locum, nomenque reliquit; honeſtum tamen

tamen gratiae locum apud *Laurentium* non amisit: quo morte sublato, Mediolanum a *Ludovico Sfortia* accitus est, ubi laudabiliter profitendo, rudimenta Grammaticae divulgavit: obiitque octogenario maior, paullo ante quam Galli *Iulii* Pont. et Venetorum armis Italia pellerentur. Vid. *Paullum Iovium* in Elog. Doct. Virorum, et *Nicolaum Reusnerum* in Iconibus Viror. Doctor. *Bartolemaeus Fontius* in Epistolis MSS. nonnullas ad nostrum *Chalcocondylam* misit; nam Lib. II. Epistolarum, Ep. II. scripta est *Demetrio Chalcocondylae* Romae Prid. Kal. Ian. MCCCCLXXXIII. et in eodem II. Lib. Ep. III. *Io. Accaiolo Petri* F. missa haec habet - *Demetrio* nostro *Chalcocondilo* me plurimum commendato, „ immaturumque ei obitum *Andreae Brentii* discipuli quondam fui, nunc vero collegae, familiarisque mei, peste perendie absumti nuntiato. Data est Romae Ib. Feb. MCCCCLXXXIII. - *Demetrii* vitam luculentissimam scripsit *Humphredus Hodius* Lib. II. de Graecis Illustr. Cap. II. *Ioseph Ant. Saxius* in Hist. Typogr. Litteraria Mediolanensi ad A. MID. fuse de eodem differit.

(2) Graecarum, Latinarumque litterarum peritissimus fuit *Carteromachus* Pistorienſis, id quod praeter ceteros satis testatur eius de *Laudibus Graecarum Litterarum* habita oratio, primum Venetiis edita A. MDIV. ac deinde pluries recusa. Iis, quos *Menckenius* in vita *Politiani* p. LXXIX. memorat, qui *Carteromachum* summis laudibus prosequuntur, addendus est *Petrus Delphinus* Ab. Generalis Camaldulensis Lib. VII. Ep. n. XLV. ad *Leonardum Lauredanum* Venetiarum Ducem data ex Fonte Bono IX. Kal. Dec. MDII.

(3)

(3) *Hermolaus Barbarus* Venetus, natus eſt XII. Kal. Iunii A. MCCCCLIII. alacri ingenio, nec minori rerum publicarum uſu, quam eruditione praeditus. Anno aetatis ſuae XVIII. libros conſcribere exorſus eſt, quos recenſet *Freberus* in Theatr. Illuſtr. viror. P. IV. Tom. II. Multum valuit in rebus Phyſicis, Dialecticis, Rhetoricis, et Geographicis. Summis honoribus perfunctum, et tum ſupremam Romae Legationem agentem, *Innocentius* VIII. Pont. ob egregias, quas in eo miratus eſt, virtutes Patriarcham Aquileienſem renunciavit non probante Senatu Veneto, qui nihil vel inuſitatae virtuti extra leges tribuendum cenſebat: cumque eidem purpura pararetur, morte, peſtilenti morbo properata, praereptus eſt Anno MCCCCXCIII. non autem MCCCCXCIV. ut *Iovius* tradit, et ſub Colle Hortorum ad Portam Flumentanam eleganti in ſepulcro conditus, adpoſita inſcriptione. *Petrus Parentius* in memorata Hiſtoria haec habet de peſte agens, quae Iulio menſe eiuſdem anni per Italiam ſaeviit -- *Da Napoli a Roma diſteſaſi la Peſte, cagione fu della morte di quella ſingolar perſona di* Ermolao Barbaro *gentiluomo Venezziano, dottiſſimo nella latina, e greca lingua, ſufficientiſſimo Filoſofo, come le ſue compoſizioni, e traduzioni teſtificano, ſpecchio veramente de' letterati, uomo di ſantiſſimi coſtumi, il quale dalla fortuna grandiſſima ingiuria ſoſtenne. Imperocchè trovandoſi a Roma per la ſua Città Ambaſciadore al tempo di* Innocenzio VIII. *il Patriarcato di Aquileia vacò. Lui dal Pontefice ſubito impetratolo, tanto ſdegno et odio da' ſuoi Cittadini contraſſe, che loro mai la poſſeſſione avere gli laſciarono, oltre di que-*

ſto

ſto dalla patria il confinarono, et abitando quello in ſacro Palazzo, indi ancora cagione furono di rimuoverlo; per il che il meſchino invilito a Roma dimorando, et a ſuoi ſtudi attendendo, dal morbo, come dicemmo, percoſſo fu: danno veramente univerſale delle lettere, et iattura irrecompenſabile, e irreparabile - De *Hermolao* noſtro plura apud *Petrum Delphinum* in Epiſtolis ſaeculo XVI. editis. Vid. Tom. III. *Martene*, et *Durande*. *Bernardus Oricellarius* in Collectaneis Antiq. Romanarum ad *Pallantem* filium pluries *Hermolaum* laudat, ac praecipue de P. *Victore* loquens, his verbis - Cui *Hermolaus* ille *Barbarus* multum detulerit, vir ſagacis animi, et adprime eruditus - In Cod. Chart. in IV. Bibl. Cl. Subdecani *Riccardi*, n. CCLV. ubi plures *Vgolini Verini* Epiſtolae adſervantur, legitur - „ Quod ſi ullo umquam tempore docti reperti „ ſunt, hac tempeſtate, meo quidem iudicio, „ reperiuntur complures, quorum inter pri- „ mos eſt *Barbarus Hermolaus*, qui tametſi no- „ biliſſimus, ditiſſimus, eloquentiſſimuſque eſt; „ tum Venetus, cui ſuperbia innata eſſe cre- „ ditur; in eo tamen ſumma deprehenditur „ bonitas, communiſque erga omnes ſui ſae- „ culi viros inſignes propenſa benivolentia ad- „ paret. - In eodem Codice alia exſtat *Verini* Epiſtola, in qua de eodem *Hermolao* haec habet - Haud tibi facile explicem, quanta cum „ voluptate, vel potius admiratione, multas „ heri cum *Hermolao Barbaro* iucunde horas ex- „ egerim, quem tametſi ſuis noverim libris „ admirabundum, is eſt, pace dixerim omnium, „ ſoluti ſermonis noſtri ſaeculi facile princeps; „ cum eo tamen diutius colloquens cum *Mi-*

„ *ran-*

„ *randula Io. Pico*, viro mehercule omnium do-
„ ctiſſimo, neſcio an plus mihi dederit admi-
„ rationis ingenii acumen, vel rerum copia,
„ ſive candor leporis, blandaque hominis af-
„ fabilitas; quodque omnibus fere eſt Venetis
„ innatum, ab omni prorſus eſt ſuperbia alie-
„ nus. Non facile quapropter Tibi dixerim,
„ quo me primo congreſſu amoris indicio,
„ vel longiſſima mora, vel in diſceſſu, benivo-
„ lentia me fuerit proſequutus. Quamobrem
„ tantum hominem ambiguum eſt, plus amem,
„ an admirer. In eodem Codice legitur quo-
que *Hermolai* Epiſtola ad *Vgolinum Verinum*.

(4) Calderia Veronenſis agri Oppidum *Domitium* protulit. Eum, flagranti ingenio ad gloriam anhelantem, *Beſſarion* Cardinalis excepit, et extulit. Exinde cum Romae profiteretur, et obſcura ſenſa duriorum poetarum admirabili reconditae lectionis teſtimonio dilucidaret, totius obſcuritatis illuſtrator habitus eſt. Edidit Interpretationum Commentaria in *Iuvenalis* Satyras, quas *Iuliano Mediceo Petri Coſmae* F. ſacravit. Ambitioſo quidem, et nimis aculeato dicendi genere ex aliena inſcitia nomen quaerebat; ſed eum aetate, laudeque florentem, imbecilli verò ſtomachi temperaturam nimiis lucubrationibus deterentem, quum digna multis ſaeculis opera conciperet, rapida febris eripuit. *Bartolemaeus Fontius* in Annal. ad A. MCCCCLXXVIII. - *Domitius Calderinus* familiaris meus Romae peſtilentia periit. Vid. *Iovium* l. c. *Reuſnerum* l. c. et Cl. Marchionem *Maffeium* in Verona Illuſtrata.

(5) De *Bartolemaeo Scala* fuſe egimus in Praef. ad Collect. Veter. Monimentorum.

(6)

(6) Maxima *Pici* Mirandulae Principis in praeclara litterarum ſtudia merita, divinumque prope ingenium, neminem latere arbitror. Eius vitae brevis deſcriprio praemiſſa legitur ipſius operibus publici iuris factis. Huius praeterea tanti viri elogium nobis praeter ceteros intexunt *Paullus Iovius* l. c. et *Nicolaus Reuſnerus* in Iconibus Vir. Ill. *Petrus* inſuper *Parentius* ad Novembr. Anni MCCCCXCIV. haec ad rem noſtram habet - *Morì in Firenze el Sig.* Gio. Pico *della Mirandola uomo a tempi ſuoi ſopra tutti gli altri in Teologia, e Filoſofia dottiſſimo. Fu tale iattura delle lettere, che maggiore quaſi penſare non ſi poteva. Imperocchè di anni xxx. ſuperando lo ingegno di qualunque, et opere eccellentiſſime in Teologia, et Filoſofia componendo, ferma fede dava di incompenſabile beneficio concedere alla umana generazione. Così in breviſſimo tempo tre ſingolari uomini mancorno*, Ermolao Barbaro, Angelo Poliziano, e Gio. Pico *della Mirandola; un quarto ſi aggiugneva* Giorgio Merula, *uomo negli ſtudi di umanità degniſſimo, il quale a Milano ſua vita terminò, per la qual coſa coniettura ſi fece, che alla Italia graviſſimi mali ſopraſtavano, da che tanto ſingolari uomini, et di ſi preſtante ingegno in ſi breve tempo tutti mancati erano* - .

(7) Ita *Petrus Ioannineníis* in libro citato de Monarchia *Medicea*.

(8) *Matthaeus Boſſius* vir fuit admodum eruditus, et Abbatiae Canonicorum Regularium Congregationis olim S. *Frigidiani* Lucenſis, nunc Lateranenſis, a *Coſmo*, avo *Laurentii*, inſtauratae, illo tempore conſtitutus Abbas. Scripſit autem *De veris, ac ſalutaribus animi gaudiis* libellum,

lum, de quo vide *Mabillonium* in Muſeo Italico Tom. I. pag. CLVII. et *Marchionem Maffeium* in Verona Illuſtrata.

(9) *Barptolemaeus Benevolentius* Patricius Senenſis. Ita de eo loquitur auctor Libri Italice ſcripti, vulgo *Le Pompe Seneſi* - Bartolommeo Benvoglienti *nobil Seneſe, e Propoſto della Metropolitana di Siena, inſigne Dottore di Teologia, e Filoſofia, quali ſcienze leſſe pubblicamente lungo tempo nello ſtudio di Siena, fu intendentiſſimo dell'antichità della patria; della quale fece un belliſſimo trattato in lingua latina, a richieſta di* Franceſco Piccolomini *allora Cardinale, e Arciveſcovo di Siena, che poi fu Papa* Pio III. *il quale ſi dichiarò con il* Benvoglienti, *che veduta la ſua opera averebbe procurato in Roma, che il figlio di* Flavio Blondo *da Forlì correggeſſe l'iſtoria del Padre, ne' punti che toccano l'antichità di Siena avanti che la ſtampaſſe. Ora queſta Iſtoria del* Benvoglienti *fu data alle ſtampe in Siena l'anno* MDVI. *li* XXIII. *Dicembre ec. Fu anche ottimo oratore; onde orò in Siena nell' aſſunzione di* Pio II. *quando ſi fecero le feſte per la nuova del ſuo Pontificato* - .

(10) De *Donato Acciaiolo* nobis iam dictum eſt ſatis pag. IX.

(11) Publice conductus fuit *Argyropulus* A. MCCCCLVI. ut *Fontius* ad hunc annum teſtatur, et nos retulimus Tom. I. p. LXX. ſeq. quibus adde, *Ioannem Argyropulum* a *Petro Coſmae* F. fuiſſe Florentiam vocatum, teſtari etiam *Nicolaum Valorium* in vita *Laurentii Medicei* pag. XII. his verbis - Opera enim et induſtria parentis (*Petri Coſmae F.*) *Argyropulus* ille Byzantius Florentiam venerat, ut *Laurentium*, et alios

„ alios nobilitate primarios melioribus ſtudiis „ erudiret, ex cuius ludo, tamquam ex equo „ Troiano quamplures prodiere viri eruditiſſimi. *Donatus Acciaiolus*, *Argyropuli* diſcipulus, in Epiſtola ad *Petrum Medicem* praefixa verſioni vitae *Alcibiadis* ex Graeco *Plutarchi* in Latinum traductae, *Petrum* adloquens, haec habet - Tu „ vero, clariſſime *Petre*, qui haec omnia „ noſti, cum multa praeclara officia in patriam tuam contuleris, tum hoc praecipue „ detuliſſe videris, quod bonarum artium diſciplinas, quae poſt nonnullorum doctiſſimorum hominum interitum in hac Civitate conſenuiſſe videbantur, tua diligentia excitaſti, operamque dediſti, ut *Argyropulus* Byzantius, vir praeſtans ingenio, „ ac diſciplina in hanc urbem veniret, a quo „ cives tui, antiquorum more, non ſolum „ graecis litteris erudiri, ſed etiam his artibus inſtrui poſſent, quae ad bene, beateque vivendum pertinere videntur -.

(12) *Matthaeus Palmerius* vir fuit doctiſſimus. De eo fuſius *Iulius Niger* l. c. loquitur, cui haec addas: *Leonardus Dathus* Canonicus Flor. a ſecretis Pontificum Romanorum, poſtea Maſſanus Epiſcopus, in Praefatione Expoſitionum in libros *Civitatis Vitae Matthaei Palmerii* Flor. haec habet - Cum ad aetatem deveniſſet (*Matthaeus Palmerius*) diſciplinis idoneam, non „ ſervilibus ſe tradidit officiis, ſed primis imbutus iam litteris, abaco ſua paene natura „ ſtudioſe deditus, numerorum diſciplinam accuratiſſime didicit. Maiora deinde ſequutus „ ad humanitatis ſtudia ſe contulit, et ſub *Sozomeno* Piſtorienſi praeceptore noſtro Gram-

„ ma-

„ maticam, atque Rhetoricam novit. Poſt haec
„ ad proſequendum ſtudia ſedulo deditus, *Am-*
„ *broſium* Camaldulenſis Ordinis Generalem Ab-
„ batem, et *Carolum* Arretinum, viros ſuae ae-
„ tatis doctiſſimos diligenter audivit, et ab il-
„ lis non ſolum latinae linguae diſciplinam, ſed
„ graecas quoque litteras didicit. Grandior poſt
„ haec factus, et ad virilem aetatem provectus,
„ et Reip. munera conſequutus, adeo ſuis ci-
„ vibus carus fuit, ut fere omnes Reip. ma-
„ giſtratus brevi tempore ſit adeptus, et adhuc
„ adoleſcens ad *Callixtum III.* Pont. Max. po-
„ ſtea vero ad *Federicum* III. Imp. tunc Ro-
„ mam euntem, ad *Alphonſum* Apuliae, Siciliae-
„ que Regem, et ad *Paullum* deinde II. Ro-
„ manorum Pontificem orator miſſus fuerit, et
„ alias quoque publicas legationes ſuſceperit.
„ Inter haec ſtudiis etiam diligenter incumbens,
„ libros plures compoſuit: tres in prima ado-
„ leſcentia ſua patrio ſermone conſcriptos, quos
„ *Civilem Vitam* vocavit. Sermone deinde la-
„ tino *Nicolai Acciaioli* vitam paene depinxit;
„ poſt haec bellum, in quo Piſae ſunt a Flo-
„ rentino populo captae, diſertiſſime ſcripſit.
„ Ordinem temporum ab *Adam*, atque mundi
„ principio, uſque ad ſuam aetatem uno tan-
„ tum libro ordinatiſſime demonſtravit. Ora-
„ tiones praeterea, Epiſtolaſque eleganti ſtilo
„ conſcriptas reliquit. Honeſtis moribus, vita
„ civili, atque modeſta, humaniſſimus vixit, et
„ civibus omnibus ſuis adprime carus. Statura
„ corporis longa fuit, et ſupra ceteros alta,
„ atque elevata, habitudine, carnoſitateque me-
„ dia inter tenuem, et craſſam; valitudine
„ firma uſque ad ſenectutis principium: poſt-

„ ea vero longa interdum febri vexatus usque „ ad mortis periculum laboravit: vixit annis etc. Hae *Leonardi Dathi Expositiones in Civitatem Vitae Matthaei Palmerii* adservantur in Codice membranaceo Bibliothecae *Laurent.* et alibi.

(13) *Io. Andronici Thessalonicensis* vita describitur ab *Humphredo Hodio* Lib. II. Cap. III. de Graecis Illustribus. Docuit is Florentiae graecas litteras, quarum tanta polluit peritia, ut proximus a *Gaza* fuisse hac laude, immo aliorum iudicio superasse eum dicatur a *Vossio* de Hist. Lat. Lib. III. p. DCXXVIII.

(14) *Iulium Pomponium Laetum Sanseverina* inlustri familia in Picentinis natum ferunt. *Vallae* praeceptoris, aequata eruditionis opinione, locum exceperat, sed eum mox *Paulli* II. iniuria percelebrem fecit, quum litteratos quosdam, et in his *Platinam*, atque *Callimachum*, tamquam impios, atque maleficos, tormentis excruciasset. Nam Venetiis ad dicendam caussam Romam pertractus, perpetua vitae innocentia tutus, ita terreri non potuit, ut potius alacri constantique animo indigna quaecumque esset passurus. Veterum enim ingeniorum inlustria nomina sibi ipsis indiderant, quum in coetu sodalium laureati Musas colerent. Ea nominum novitate, Pontifex elegantiae litterarum imperitus, subspicioseque, vehementer offendebatur, quasi id esset occulta coniurantium tesserа ad insigne aliquod facinus obeundum. *Xysto* demum, *Innocentioque* faventibus, incredibili nominis auctoritate, auditorumque concursu in Gymnasio publice docuit. *Floridus Sabinus* in Apologia adversus calumniatores, eum in scribendo infra neminem recentiorum purum, can-

candidumque adpellat: quemadmodum etiam *Erasmi* testimonio in *Ciceroniano*, et *Auberti Miraei* in Auctario de Script. Ecclesiast. Antiquitatis scrutator diligens, et purae dictionis amator dicitur ab *Paullo Frehero*, et a *Paullo Iovio* in Elog. *Ludovicus Vives* refert, eum adeo Romanae linguae deditum fuisse, ut Graecam attingere non ausus fuerit, ne qua peregrinitate latinam contaminaret. Scripsit *Compendium Historiae Romanae*, librum de *Mahomete*, *de Magistratibus Romanis*. Obiit septuagenario maior. Vide *Nicolaum Reusnerum in Iconibus Doctorum*, *Io. Andr. Quenstendt in Dialog. de Patriis Illustr. Vir.* et *Abrahamum Bucholtzerum* in Indic. Chron.

(15) Sordido et obscuro loco natus est in Italia *Campanus*, quem mater inops rustica sub lauro enixa est; postea Parocho in famulatum, et disciplinam tradidit. Hic in studiis bonarum litterarum animum eius, ad Poesim praecipue inclinantem ita direxit, ut mox Neapolim erudiendo nobili puero paedagogus mercede conductus fuerit. Tantos autem in studiis latinis quinquennio progressus fecit, ut Neapoli Perusium demigrans, in Academia, bonos aliquandiu auctores professus fuerit. Nec multo post a Perusinis Civitate donatus, *Pii* II. Pont. gratiam studiorum similitudine promeruit, a quo virtutis honore Interamnatium Praesul est creatus, et a *Paullo* successore locupletatus. Sed postremo eum *Xystus* immodice Tiphernatium tyrannis faventem, quum multis urbibus integra nominis auctoritate praefuisset, in exilium egit. Fato functus est apud Senas, invidente non plane seni longiorem vitam comitiali morbo. *Fontius* in Annalibus MSS. ad

A. MCCCCLXV. ait - His temporibus doctrina, et „ ingenio clari erant *Campanus* Romae, *Pontanus* „ Neapoli, *Baptista Albertus*, et *Landinus*, et „ *Scala* Florentiae. - Multas reliquit orationes et multiplicis stili opera, quae exstant. Vid. *Iovium*, *Freherum*, et *Ruserum* in Elog.

(16) De celebri *Augustino Datho* Senensi eruditissimum Commentarium publici iuris fecit Romae MDCCXXXIII. Io. *Nicolaus Bandiera*.

(17) *Lucas Pulcius Bernardi* et *Aloysii* Frater Florentinus A. MCCCCLXX. floruit. Poesim maxime excoluit, primusque poemata stilo, ut aiunt, *Romanzesco* conscripsit. Exstat Poema, cui titulus, *Il Ciriffo Calvaneo*, cui nonnullos adiecit libros Io. *Baptista Iambullarius*. Florentiae prodiit ex *Iunctarum* officina in IV. A. MDLXXII. Variae eius leguntur Epistolae Flor. à *Bartolemaeo Miscominio* A. MCCCCLXXXVIII. et ab *Iunctis* A. MDLXXII. impressae. *Laurentii Medicei* equestres ludos Thusco carmine descripsit, quod una cum memoratis Epistolis exstat. Vid. *Pocciantium*, et *Nigrium* in Catal. Script. Flor. Io. *Marium Crescimbenium* Lib. I. Hist. Vulgaris Poeseos, et Tom. I. Commentariorum; Auctores Vocabularii Furfurei, *Franc. Redium* in Notis ad Dithyrambum etc.

(18) *Bartolemaeum Platinam*, qui PP. Romanorum gesta collegit, multum iuvit *Laurentius*, cui opusculum inscripsit *De Optimo Cive*.

§. XXXIII.

EX memorato autem doctissimorum virorum coetu, nonnullos *Platoni* magis addictos selegit *Laurentius*, quorum ope Academiam ipsi *Platoni* sacram, quam antea *Cosmus* alta mente conlegerat (*), renovaret. *Georgius* enim *Gemistius*, qui et *Plethó* dicitur, vir graecae, praesertim *Platonicae*, Philosophiae peritissimus, primus, Florentino Concilio quum adesset, Alexandrinorum *Platonismum*, quem nemo fere inter Latinos, praeter *Io. Scotum Erigenam*, pernoverat, apud Italos in lucem extulit, et occasionem praebuit *Platonicam* sectam post tot rerum vicissitudines resuscitandi. Plurimum itaque diligentiae magnanimus *Laurentius* in id contulit, ut *Christophorus Landinus*, *Marsilius Ficinus*, et *Picus* Mirandulanus, in veterum *Platonicorum* libris vertendis, et explicandis, insudarent, omnesque tum discendi, tum

bene vivendi, cupidos ad Academiam *Platonicam* excolendam vehementissime hortabatur. Hic enim iuvenes, vel inter iocandum praecepta morum, vel inter ludendum industriam differendi, iucunde admodum, et facile consequebantur: hic viri etiam, rei tum familiaris, tum publicae, disciplinam abunde perdiscebant: hic senes pro mortali vita, vitam sperabant aeternam. In Academiae hortis Poetae sub lauris, canentem *Apollinem* audire, in vestibulo Oratores, *Mercurium* declamantem spectare; in porticu vero, et aula Iurisconsulti, civitatumque gubernatores, *Iovem* ipsum sancientem leges, iura dictantem, imperia gubernantem; in ipsis denique penetralibus Philosophi, *Saturnum*, coelestium arcanorum contemplatorem, agnoscere poterant. Vbique praeterea Sacerdotes, rerumque sacrarum Antistites arma reperiebant, quibus Religionem adversus impios strenue tutarentur. Huc igitur, huc omnes

ut accederent, qui liberales colere vellent disciplinas, invitabat *Laurentius*, eosque praesertim, qui adsequendae veritatis, et consequendae beatitudinis amore flagrarent (2). Quas vero Academici hypotheses foverent, referre prolixum esset, quum nobis integrum *Platonicae* Philosophiae systema explicare in animo non sit (3). Hoc pronunciare libere possum, eorum opiniones tenebricosis allegoriarum involucris, et dicendi genere plusquam poetico, qui omnium ferme Academicorum mos erat, fuisse absconditas: eoque id factum consilio, ut enthusiasmo Alexandrino mirifice servirent, et recentiorum *Platonicorum* somniis fidem certissimam facerent. Hanc ineptientis ingenii labem, et credulitatem philosopho indignam, detestabili superstitione demonstrabant, qua horamatis, somniis, ominibus, mirum quantum tribuerent; maximas praeterea rerum civilium vices, nescio quibus imaginationis terriculamentis, si-

gni-

gnificari, vel siderum positionibus, et adparitionibus fuisse praemonstratas, indigna viro docto ratione, plerique contendebant. Quis enim sanae mentis Philosophus dicet (4) - *Laurentii Medicis* animam exspirantem laetum aetherem excepisse, grandiore stella in „ *Laurentiana* tecta cadente, mirisque „ flammis ex alto in Caregianis agris „ coruscantibus? et biduo ante obitum „ *Iovem*, rubente dextra sacras iacula„ tum arces, terruisse urbem, mox „ orbam tanto patre futuram? - Quin et abdita mysteria in veterum Scriptorum explanationibus investigare penitus solebant, adeout nonnumquam eorum ingenium, uberiori phantasia abreptum, ita luxuriaretur, ut iure merito in phanaticorum classem referri mererentur. Mundum esse animatum cum *Platonicis* Alexandrinis credidere; esse quasdam veluti escas, quibus animati Mundi, & Stellarum munera adlicere possint mortales, sibique vindicare;

care ; inter Mundi animam , et corpus ineſſe ſpiritum , eumque neceſſario requiri , tamquam medium , quo anima divina , et inſit corpori craſſiori , et vitam eidem penitus largiatur (1) ; hunc Mundi ſpiritum , ſibi faventem reddendum ab eo eſſe , qui ſanus eſſe cupiat . Alia , ne inſtituti mei limites excedantur , praeterimus , lectoremque ad Librum *Ficini De vita coelitus conſervanda* remittimus , in quo auctor magno ſtudio , eiuſmodi ineptias inſeruit . Tantum itaque addam , *Platonis* placita ita fuiſſe ſectatos , ut Chriſtiano , ac prudenti viro , ſancitos fines audacter excederent .

(1) Ita *Ficinus* in Praef. ad *Plotinum* , renaſcentis *Platoniſmi* originem , et progreſſus , enarrat Magnus *Coſmus* S. C. Patriae „ Pater , quo tempore Concilium inter Graecos , atque Latinos , ſub *Eugenio* Pontifice , „ Florentiae tractabatur , Philoſophum Graecum , nomine *Gemiſtum* , cognomine *Plethonem* , quaſi *Platonem* alterum , de Myſteriis „ *Platonicis* diſputantem , frequenter audivit . „ E cuius

„ E cuius ore ferventi, ſic eſt adflatus proti-
„ nus, ſic animatus, ut inde Academiam
„ quamdam alta mente conceperit, hanc op-
„ portuno primum tempore pariturus. Deinde
„ cum conceptum tantum magnus ille *Medices*
„ quodammodo parturiret, me electiſſimi Me-
„ dici ſui *Ficini* filium, adhuc puerum, tanto
„ operi deſtinavit, ad hoc ipſum educavit in
„ dies; operam praeterea dedit, ut omnes,
„ non ſolum *Platonis*, ſed etiam *Plotini* li-
„ bros Graecos haberem -. Conſule *Nic. Valorium* in Vita *Laurentii Medicei*.

(2) Iiſdem ferme verbis *Laurentium* adloquitur *Marſ. Ficinus* in Praef. *Platonis*. Conſule *Nic. Valorium* l. c. ubi de Academia loquitur.

(3) Conſule Cl. *Iac. Bruckerum* P. IV. T. I. Period. III. Part. I. Lib. I. Cap. II. de Reſtaurat. Philoſophiae *Platonicae*.

(4) Ita legitur in Praef. ad *Plotinum*.

(5) Confer *Georg. Schelhornium Amoenit. Litter. Tom. I.* et Cl. *Bruckerum* l. c.

§. XXXIV.

QVum vero animadvertiſſent, *Platonem*, annos natum LXXXI. VII. Idus Nov. quo die ortus fuerat, in convivio diſcumbentem, remotis dapibus, exſpiraſſe, eumque diem, quo et Natalitia, et Anniverſaria *Platonis* pariter con-

continebantur, *Platonicis* omnibus ad *Plotini*, et *Porphyrii* tempora sacrum, religiosumque fuisse; idcirco solemnes eiusmodi dapes, quae per MCC. annos fuerant praetermissae, cereali pompa, convivio opiparo, ac convocato doctorum hominum coetu, renovare, regia prorsus munificentia, voluerunt. Id negotii Florentiae subscepit *Franciscus Bandinius*, vir ea tempestate litteratissimus (1); ruri autem *Laurentius Mediceus*, Academiae patronus beneficentissimus. Sermones iis in epulis habiti, fuse recensentur in Prolegomenis, *Platonis Convivio* a *Marsilio Ficino* praemissis; ubi convivii cuiusdam, VII. Idus Nov. in agro Caregiano celebrati, pompa describitur; aderantque IX. illius aevi in litteris principes viri, *Antonius Allius*, Canonicus Florentinus, deinde Faesulanus Antistes (2), *Ficinus* Medicus (3), *Christophorus Landinus*, *Bernardus Nuthius* Rhetor (4), *Thomas Benicius* (5), *Io. Cavalcantes* (6), *Marsilius Ficinus*,

cinus, *Christophorus*, et *Carolus Marsuppini* fratres, *Caroli* poetae filii (7). Remotis dapibus, *Bernardus Nuthius*, *Platonis* opera prae manibus habens, ex iis Convivium, quod *De Amore* inscribitur, selegit elucidandum, atque convivas, ut orationes singulas exponerent, exoravit. Iactis itaque sortibus, suam quisque disputationem adgressus est. Prima *Phaedri* oratio, *Io. Cavalcanti*; *Pausaniae*, *Antonio* Theologo; *Orixmachi*, *Ficino* Medico; Poetae *Aristophanis*, *Christophoro Landino* Poetae; *Agathonis* denique adolescentis, *Carolo Marsuppino* iuniori contigit exponenda (8).

(1) Inter *Marsilii Ficini* Epistolas, haec Lib. I. legitur - *Marsilius Ficinus Iac. Bracciolino*, „ *Poggii* Oratoris Fil. paternae artis heredi S. D. „ *Platonici* veteres urbana *Platonis* natalitia „ quotannis instaurabant: novi autem *Platonici*, *Braccioline*, et urbana, et suburbana „ nostris temporibus celebrarunt. Suburbana „ quidem apud Mag. *Laurentium Medicem* in „ agro Caregio: cuncta in libro nostro *De Amore* narrantur. Vrbana vero Florentiae sumtu „ regio celebravit *Franc. Bandinus*, vir ingenio, magni-

„ magnificentiaque excellens; ubi Tu, et *Bin-*
„ *daccius Ricasolanus*, et Io. *Cavalcantes* noſtri,
„ aliique Academici multi diſcubuerunt: ego
„ quoque interfui. Atque ex multis, et va-
„ riis, quae in eo convivio diſputavimus, illud
„ imprimis mecum ipſe ſaepe meditor, ac
„ tibi libenter hodie recenſebo, quod ante
„ epulas, de animae natura concluſimus. Id-
em in Comment. ad *Convivium Platonis* Cap. I.
„ *Plato* Philoſophorum pater, annos unum, et
„ octoginta aetatis natus, ſeptimo Novembris
„ die, quo ortus fuerat, diſcumbens in con-
„ vivio, remotis dapibus exſpiravit. Hoc au-
„ tem convivium, quo et natalicia, et anni-
„ verſaria *Platonis* pariter continentur, priſci
„ omnes *Platonici*, uſque ad *Plotini*, et *Por-*
„ *phyrii*, tempora quotannis inſtaurabant. Poſt
„ vero *Porphyrium* mille, ac ducentos annos,
„ ſolemnes hae dapes praetermiſſae fuerunt.
„ Tandem noſtris temporibus vir clariſſimus
„ *Laurentius Medices*, *Platonicum* convivium in-
„ novaturus, *Franciſcum Bandinum* Architriclinum
„ conſtituit. Quum igitur VII. Novemb. diem
„ colere *Bandinus* inſtituiſſet, regio adparatu
„ in agro Caregio, novem *Platonicos* accepit
„ convivas etc.

(2) *Antonii Allii* vitam Italice ſcripſit *Veſpaſianus Philippi* F. librarius Florentinus auctor ſynchronus, quam Latine edidit *Vgbellius* in *Italia Sacra*. Huius meminit Frater *Dominicus Ioannis*, Theologus Flor. Ord. Praed. Lib. III. Sacri Operis *Theotocon* ad *Petrum Medicem* Illuſtrem Civem Flor. *Antonii Allii* Epiſtola ad *Petrum Coſmae* F. legitur in *Collect. Coſmianis Bartolemaei Scalae*.

(3)

(3) *Ficinus Marsilii* Pater artem Medicam laudabiliter exercuit. Opus de Pestis natura, effectibus, ac remediis, ipsi a *Nigrio* tribuitur. *Nicolaus Angelius* Bucinensis, *Augustini Dathi* discipulus, humaniorum litterarum in Senensi primum Lyceo, deinde adnitente *Iacobo Salviato*, in Florentina Academia publicus Professor, haec habet in Epistola *Laurentio Medici Flor. Reip. Optimatum Cl.* praefixa editioni *Plauti*, factae Florentiae per heredes *Philippi Iuntae* MDXIV. - *Cosmus*, ne res altius repetatur, „ Tibi abavus, quem natura finxit ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnes denique „ virtutes, magnum hominem, et excelsum, „ quem Florentia, una Patrum, et populi „ voce, *Patrem Patriae*, Lacedaemonio marmore inscripsit, *Marsilium Ficinum*, pueritiam adhuc agentem, a patre eius ad se „ forte adductum intuens, ac pueri indolem „ probans, ut fuit ille divino iudicio, ac sapientia vir, quaerit de patre, quod vitae „ iter puer ingrederetur. Si fortunae nostrae „ volent, inquit, cupio erudiri disciplinis. Tum „ *Cosmus*, tu corporum (Chirurgus enim erat) alienis impensis, hic vero animorum „ vulnera, ut spero, curabit. -

(4) Annum circiter MCCCCLXX. floruit *Bernardus Nuthius* Rhetor Florentiae insignis, et inter oratores sui aevi excellentissimos merito relatus. Et profecto si nullum aliud nobis de eo monimentum suppeditaret vetustas, praeter *Marsilii Ficini* testimonium, non video quid a nobis desiderari posset. Haec enim in quadam citati auctoris Epistola leguntur - *Tullium* iam-

„ pri-

„ pridem noſter *Nathius* ebibiſſe, et concoxiſſe „ videtur: in oratione eorum, mira quaedam „ viciſſitudo perſpicitur; nam illic et *Nathius* „ *Tullianus* eſt, et *Tullius Nathianus* adparet. Et paullo poſt. Perſevera igitur in *Bernardi* „ noſtri familiaritate; hic enim clarus eſt „ Rhetor, adde et optimus; quae enim per„ ſuadere docet, ſibi ipſi iam perſuaſit. In alia praeterea eiuſdem *Marſilii Epiſtola* Lib. XI. tum in ea ad *Martinum Vranium* Germanum miſſa; nec non in Opuſculo MS. in Bibl. *Laurentiana*, de quo T. I. p. CCIV. verba fecimus, honorifica ſemper de eo facta mentio occurrit. *Marſilii* laudibus aliquid detrahit, *Barptolemaeus Fontius*, eius diſcipulus, qui Lib. III. Epiſtolarum MSS. Ep. XI. data Florentiae Kal. Martii MDXIII. ad *Bernardum Oricellarium*, ſe parvi praeceptorem ſuum facere, his verbis oſtendit. Quum audirem *Bernardum Nu*„ *thium*, *Ciceronis* Rhetoricos libros interpretan„ tem, cum *Horatii* Epiſtolis, adverteremque „ eum ſcribendo, ac dicendo non excellere etc. Scripſit, teſte *Poccianto* in Catalog. Orationes nonnullas incredibili audientium plauſu.

(5) *Thomas Bencius* diſcipulus *Marſilii Ficini* fuit, ut patet ex huiuſce Epiſtola ad *Martinum Vranium* Germanum Lib. II. Epp. Hic e Latino in Thuſcum ſermonem tranſtulit *Mercurium Triſmegiſtum*, Florentiae a *Ficino* impreſſum, quemadmodum et ipſiuſmet *Ficini* Epiſtolas.

(6) De *Io. Cavalcante* vide quae diximus T. I. p. CLXX. quibus adde, hunc e nobili, ac veruſto, ſanguine progenitum, maximos in philoſophia, ac litteris progreſſus feciſſe ſub

Marſilii Ficini diſciplina, cuius Academiae immortale decus attulit. Singulari verecundia, ac modeſtia ditatus erat, eiuſque ſuaſu *Marſilius* Libros *De Amore* conſcripſit, ut iuventutem ad caeleſtem pulchritudinem adpetendam adliceret. Commendantur a *Ficino* eius Commentaria in Divi *Auguſtini* Soliloquia, quae numquam vidi. Honorificam de eo mentionem faciunt *Pocciantius*, et *Niger* ll. cc. *Antonius Poſſevinus* Tom. II. Apparatus Sacri, *Marſilius Ficinus* pluribus ad ipſum datis Epiſtolis Lib. VIII. et XII. Epp. In Epiſtola vero ad *Martinum Vranium* Lib. II. inter ſelectiores diſcipulos eum enumerat. Vide *Eugenium Gamurrinium* Part. III. Nobilium Familiarum Thuſciae et Vmbriae, in Familia *Puccia*, et *Cavalcantia*.

(7) *Chriſtophorus*, et *Carolus Marſuppini*, Poetae *Caroli* filii, de litteris optime meriti exſtiterunt.

(8) Vid. *Ficinum* in Comment. ad *Convivium Platonis* Cap. I.

§. XXXV.

ATque ut doctiſſima reliquorum conloquia omittamus, animadvertere tantum ſubficiat, *Landinum* noſtrum obſcuram, et implicitam *Ariſtophanis* ſententiam enucleaſſe (a). Illa enim verbis obſcuriſſimis involuta, in-

lu-

luſtrationem adhuc, lucemque requirebat. Quod ut facilius adſequeretur *Landinus*, cum *Ariſtophane*, Amorem prae ceteris Diis generi humano beneficum, curatorem, tutorem hominum, et medicum ſaluberrimum eſſe contendit; tum qualis quondam hominum natura fuerit, naturaeque adfectus, ſedulo perquiſivit. Principio tria hominum genera poſuit; non ſolum enim marem, et feminam, ſed tertium quoddam ex utriſque compoſitum conſtituit. Praeterea cuiuſque hominis ſpeciem integram fuiſſe, atque rotundam voluit, dorſum, et latera, circuli inſtar, habentem, manus quattuor, et paria manibus crura, vultus item duos, tereti cervice connexos, et omnino conſimiles: maſculinum genus Sole genitum, femininum Terra, Luna promiſcuum; unde elato robuſtoque corpore homines procreati, cum Diis ipſis pugnare, caelumque adſcendere non pertimuerint; adeo ut *Iuppiter* ſingulos

in longum diſſecare, duoſque ex uno facere coactus fuerit. Diviſa hoc pacto natura hominum, quemque ſui dimidium cupiſse tradit. Concurrebant igitur, iactiſque brachiis, ſe invicem complectebantur homines, redigi in priorem habitum adfectantes: quapropter fame, et torpore defeciſſent, niſi Deus congreſſui modum impoſuiſſet. Hinc utique in hominibus innatum fuiſſe amorem, priſcae naturae conciliatorem, fabulatur. Eſt enim, iuxta illius placita, quiſque noſtrum, dimidium hominis, utpote ſectus, non ſecus ac piſciculi quidam Pſettae, et Auratae, nuncupati, qui ſciſſi, ex uno, duo, ut fama eſt, efficiuntur. Quoties itaque dimidium ſuum alicui, cuiuſcumque ſexus avidus ſit, occurrit, vehementiſſime concitatur, ardenti inhaeret amore, ac ne momentum quidem ab illo ſeiungi patitur. Totius itaque reficiendi cupido, nixus, amoris nomen adcepit, qui nos

in praeſens ſummopere adiuvat, dum in ſui dimidium olim amiciſſimum, quemque conducit; et in poſterum ſpem ſummam iniicit nobis Deum pie colentibus, in veterem figuram reſtituendo, medendoque, ſe nos beatiſſimos effecturum. His itaque fuſe expoſitis a *Landino*, alii, iuxta ſortem, reliquas orationes inluſtrare adgreſſi ſunt.

(1) *Marſilius Ficinus* verba haec ante orationem *Landini* praemiſit. - His dictis, familiaris noſter verbis finem impoſuit. Eum *Chriſtophorus Landinus*, vir doctrina excellens, quem potiſſimum cognovimus noſtris temporibus *Orphicum*, *Platonicumque* Poetam, ſequutus eſt in hunc modum - Oratio haec MS. occurrit inter nonnulla *Landini* ſcripta, cum hoc titulo apud nos - *Orazione di* Criſtofano Landini, *dichiarando l'oſcura, et implicata ſentenza di* Ariſtofane, *celebrata da Lui nel Convito* Platonico, *fatto, et rinnovato dal famoſiſſimo Sig.* Lorenzo de' Medici *nella ſua regia Villa di Careggi l'Anno . . . . a 7. Novembre, alla preſenza del medeſimo Sig.* Medici, *et altri* Platonici, *compreſoci l'oratore, cioè Mes.* Antonio degli Agli *Veſcovo di Fieſole*, Marſilio Ficino *Medico*, Bernardo Nuti *Rettorico*, Tommaſo Benci, Gio. Cavalcanti *chiamato* l'Eroe,

Criſtofano *di Mes.* Carlo Marſuppini, Carlo *di Mes.* Carlo Marſuppini, *e* Franceſco Bandini. *Dove ſi pone il teſto di* Platone *della antica Natura degli Uomini. Cap. I. Benchè* Gio. Cavalcanti *per diligenza di ſua diſputazione ci hà liberati in parte da lunghezza di trattare ec.* Haec quoque impreſſa legitur in libello edito A. MDXXXXIV. cum titulo: *Il Convito di Platone. Platonicum* deinde *Convivium* ex Latino textu *Marſilii Ficini*, iterum in Thuſcum ſermonem tranſtulit *Coſmus Bartolus*, una cum *Platonis* Convivio A. MDXCIV.

§. XXXVI.

QVi vero fuerint reliqui inluſtres *Platonicae* Academiae ſocii, ex Epiſtola *Marſilii Ficini* (1) *Martino Vranio* miſsa deprehendimus, in qua omnium, qui in eodem ferme philoſophandi genere verſabantur, catalogus exhibetur. Sed Epiſtolam ipſam proferamus, quae eſt huiuſmodi. *Marſilius Ficinus* Flor. *Martino Vranio* Amico Vnico S. D. Nihil „ a me iuſtius poſtulare poteras, quam „ quod per *Ioannem Straeler* congerma-

„ num

„ num tuum, iam ſaepe requiris,
„ amicorum videlicet noſtrorum ca-
„ talogum, non ex quovis commer-
„ cio, vel contubernio confluentium,
„ ſed in ipſa dumtaxat liberalium
„ diſciplinarum communione conve-
„ nientium. Quum enim abſque a-
„ micorum meorum praeſentia eſſe
„ nuſquam aut debeam, aut velim,
„ ipſeque ſim, non in Italia ſolum in
„ me ipſo, ſed in Te etiam in Ger-
„ mania, merito amicos hic meos,
„ iſtic etiam mihi adeſſe deſidero.
„ Omnes quidem ingenio, moribuſque
„ probatos eſſe ſcito: nullos enim ha-
„ bere umquam amicos ſtatui, niſi
„ quos iudicaverim litteras, una cum
„ honeſtate morum, quaſi cum *Iove*
„ *Mercurium*, coniunxiſſe. *Plato* enim
„ noſter in Epiſtolis, integritatem vitae
„ veram inquit eſſe Philoſophiam; lit-
„ teras autem, quaſi externum Philo-
„ ſophiae nuncupat ornamentum. Idem
„ in Epiſtolis ait, philoſophicam com-

„ munionem, omni alia non ſolum be-
„ nevolentia, ſed etiam neceſſitudine
„ praeſtantiorem ſtabilioremque exiſte-
„ re. Sed ut mox veniam ad catalo-
„ gum, cunctos ſummatim amicos ita
„ laudatos adcipito. At ſi proprias cu-
„ iuſque laudes ſingulatim narrare vo-
„ luero, opus inceptavero longe pro-
„ lixum; ſi quos praetermiſero, non
„ aeque laudatos, prorſus invidioſum.
„ Omnino vero abſurdum fuerit, ſi
„ dum amicos ordine diſponere tento,
„ interim comparationibus omnia per-
„ turbavero, odium pro benevolentia
„ poſtremo reportans. Primum ſum-
„ mumque inter amicos locum patro-
„ ni noſtri *Medices* iure optimo ſibi
„ vindicant, Magnus *Coſmus*, gemini
„ *Coſmi* filii, viri praeſtantes, *Petrus*,
„ atque *Ioannes*, gemini quoque *Petri*
„ nati, magnus *Laurentius*, et inclitus
„ *Iulianus*; tres *Laurentii* liberi, magnani-
„ mus *Petrus*, *Ioan.* Cardinalis plurimum
„ venerandus, *Iulianus* egregia indole

prae-

„ praeditus. Praeter Patronos, duo ſunt
„ nobis amicorum genera. Alii enim,
„ non auditores quidem omnes, nec
„ omnino diſcipuli, ſed conſuetudine
„ familiares, ut ita loquar, confabu-
„ latores, atque ultro, citroque con-
„ ſiliorum, diſciplinarumque liberalium
„ communicatores. Alii autem, prae-
„ ter haec, quae dixi, nos quandoque
„ legentes, et quaſi docentes audive-
„ runt, etſi ipſi quidem quaſi diſci-
„ puli, non tamen revera diſcipuli;
„ non enim tantum mihi adrogo, ut
„ docuerim aliquos, aut doceam, ,
„ ſed *Socratico* potius more ſciſcitor
„ omnes, atque hortor, foecundaque
„ familiarium meorum ingenia, ad par-
„ tum adſidue provoco. In primo ge-
„ nere ſunt *Naldus Naldius*, e tenera
„ ſtatim aetate mihi familiaris, poſt
„ hunc in adoleſcentia noſtra *Peregri-*
„ *nus Allius*, *Chriſtophorus Landinus*, *Ba-*
„ *ptiſta Leo Albertus*, *Petrus Pactius*, *Bene-*
„ *dictus Accoltus* Arretinus, *Bartolemaeus*

„ *Va-*

„ *Valor*, *Antonius Caniſianus*, paullo poſt
„ *Io. Cavalcantes*, *Dominicus Galectus*, *An-*
„ *tonius Calderinus*, *Hieronymus Roſſius*, *A-*
„ *merigus*, et *Thomas*, ambo *Benci*, *Cheru-*
„ *binus Quarqualius* Geminianenſis, *Anto-*
„ *nius Seraphicus*, *Michael Mercatus*, am-
„ bo Miniatenſes, *Franciſcus Bandinus*,
„ *Laurentius Lippius* Collenſis, *Bernardus*
„ *Nuthius*, *Comandus*, *Baccius Vgolinus*,
„ *Petrus Fannius* Presbyter. Horum pluri-
„ mi, exceptis *Landino*, et *Baptiſta Leone*,
„ et *Benedicto Accolto*, primas lectiones
„ noſtras nonnumquam audiverunt. In
„ aetate vero mea iam matura familia-
„ res, non auditores, *Antonius Allius*, *Ric-*
„ *ciardus* Anglarienſis, *Barptolemaeus Pla-*
„ *tina*, *Oliverius Arduinus*, *Sebaſtianus*
„ *Salvinus* Amitinus noſter, *Laurentius*
„ *Bonincontrius*, *Benedictus Philottus*, *Geor-*
„ *gius Ant. Veſpuccius*, *Io. Baptiſta Bo-*
„ *ninſegnius*, *Demetrius* Byzantius, *Io.*
„ *Victorius Soderinus*, *Angelus Politianus*,
„ *Pierleonus* Spoletinus, *Io. Picus Miran-*
„ *dula*. In ſecundo genere ideſt in-

„ or-

„ ordine auditorum, ſunt *Carolus Marſuppinus*; *Petri* quinque, *Nerus*, *Guicciardinus*, *Soderinus*, *Compagnius*, *Parentus*; *Philippi* duo, *Valor* ſcilicet, et *Carduccius*; *Ioannes* quattuor, *Canaccius*, *Neſius*, *Guicciardinus*, *Roſatus*; *Bernardi* quattuor, *Victorius*, *Medices*, *Caniſianus*, *Michelottius*; *Franciſci* quattuor, *Berlingherius*, *Rimicinus*, *Gaddus*, *Petraſancta*; *Amerigus Curſinus* (2), *Antonius Lanfredinus*, *Bindaccius Ricaſulanus*, *Alamannus Donatus*, *Nicolaus Michelottius*, *Matthaeus Rabatta*, *Alexander Albitius*, *Fortuna Ebraeus*, *Sebaſtianus* Presbyter, *Angelus Carduccius*, *Andreas Curſus*, *Alexander* Borſius, *Blaſius* Bibienius, *Franc. Diaccetus*, *Nicolaus Valor* - Quibus addendi ſunt *Franciſcus Mareſcalcus* (3), *Lotterius Nero* (4), *Io. Aurelius* Ariminenſis, *Io. Petrus* Cortuſius (5), *Franciſcus Berlingherius Nicolai* filius (6), *Petrus Leo* (7), *Dominicus Benivieni* (8).

(1)

(1) Lib. XI. Epiſtolar.

(2) *Americi Curſini*, cuius nulla exſtare ſcripta *Nigrius* teſtatur, in noſtra Bibliotheca Poema in duos libros diviſum adſervatur De Laudibus Magni *Coſmi*. Legitur primo *Americi* Epiſtola ad Magnanimum *Laurentium Medicem*, inde ſequitur *Compendium Amerigi Corſini in vitam Coſmi Patriae Patris ad Laurentium Medicem virum magnanimum*: tum Poema incipit: *Candida lux mundi, vatum ſanctiſſime cuſtos*.

(3) Illum conphiloſophi titulo compellat *Ficinus* Lib. III. Epp. p. DCCXXXVIII. Lib. VI. p. DCCCXXV. DCCCXXXVI. et DCCCLVII.

(4) Eiuſdem *Ficini* vide Lib. VI. Epp. p. DCCCXXV. DCCCXXXVI. et DCCCLVII.

(5) *Ficinus* Lib. IV. Epp. p. DCCLIV.

(6) *Ficinus* Lib. VI. Epp. p. DCCCXXXII.

(7) *Ficinus* Lib. VIII. Epp. p. DCCCLX. DCCCLXIV. DCCCC. DCCCCIII. DCCCCVIII. DCCCCXIV. DCCCCXX. DCCCCXXV. DCCCCXXVIII.

(8) *Ficinus* Lib. VIII. Epp. p. DCCCLXXIII.

§. XXXVII.

SAtis itaque expoſito Academiae *Platonicae* ſtatu, dum vitam ageret *Laurentius*, videamus nunc, eo vita functo, quid ipſa fati ſubierit. *Bernardus Oricellarius* (1), vir noſtrae urbis, non tam bonis illis, quae a fortuna pro-

profluunt, quam iis, quae a natura proficiſcuntur, inluſtris, celeberrimum hunc litteratorum coetum, fautore beneficentiſſimo orbatum, in hortos ſuos, ad diſputandum mirifice idoneos (2), ſumma humanitate, ac munificentia exceptum transduxit: quam quidem praeclariſſimam de rebus omnibus diſſerendi conſuetudinem deinceps filii eius, *Petrus* (3), *Coſmus* (4), *Pallas* (5), *Ioannes* (6), et alter *Coſmus* (7), memorando exemplo ſequuti, plurimum adiuvere.

(1) *Bernardus Oricellarius*, *Ioannis Paulli* F. et *Pandolphi* frater, Hiſtoricus percelebris fuit, ideoque dignus, ut a *Voſſio* inter Latinos Hiſtoricos Lib. III. De Hiſtor. Latin. referretur. Conſulenda eſt Editio Epiſtolarum *Petri Delphini*, Ordinis Camaldulenſium Generalis, impreſſa in fol. Venetiis arte, et ſtudio *Bernardini Benalii* MDXXIV. ubi libri VI. Epiſtola XL. ſcripta eſt *Bernardo Koſcellario* Florentino, qui procul dubio noſter *Bernardus* eſt. In Lib. VII. Ep. XLV. legitur, *Leonardo Lauredano* Duci Venetiarum data ex Fonte Bono IX. Kal. Dec. MDXII. quae incipit - *Bernardus Oricellarius* Civis Flor. vir gravis, et eruditus etc.

Lib.

Lib. quoque X. Ep. XXVIII. Data ex Muſolea v. Kal. Octob. MDXI. ſcripta eſt *Bernardo* noſtro *Oricellario*. Hiſtoriarum plura volumina poſteritati reliquit, adeo ut ab *Eraſmo* huiusmodi elogium meruerit Lib. VIII. Apophthegm. p. DCCVII. - Novi Venetiae *Bernardum Ocriculanum*, (lege *Oricellarium*) cuius Hiſtorias ſi legiſſes, dixiſſes alterum *Salluſtium*, aut certe *Salluſtii* temporibus ſcriptas - *Vgolinus Verinus* Lib. IV. de Illuſtrat. Vrbis Flor. honorificam de eo mentionem facit; et *Io. Neſius* vir doctus in Libro De Moribus ad *Petrum Medicem* MS. in Bibl. *Mediceo - Laurentiana*, haec ait - Nam cum nudius quartus domum hanc „ tuam veniſſem, Teque cum *Bernardo Oricel-* „ *lario*, ac *Io. Cavalcante*, ingenio, et doctrina „ praeſtantibus, de animorum perturbationibus „ diſputantem inveniſſem etc. - *Antonius Francinus* Varchienſis in Epiſtola *Pallae Oricellario* Patricio Flor. ſcripta, ac praemiſſa Collectioni Hiſtoricorum Lat. in VIII. impreſſae Florentiae opera, et ſumtu *Philippi Iunctae* MDXVII. haec de *Bernardo* habet - Quid enim dicam, „ ut alios omittam, de *Bernardo* Patre tuo? „ quis illo in ſcribendo facundior, quis in re „ gerenda, vel publica, vel privata, prudentior? ut iure optimo *Petrus Medices*, qui „ erat ingeniorum acerrimus penſitator, et „ iudex, illum ſibi in generum adſciverit. - Ipſum, uti Hiſtoricum Cl. ſummis laudibus proſequuntur *Paulus Cortenſius* in Dial. De Hominib. Doctis, *Marſilius Ficinus* pluribus eidem datis Epiſtolis Lib. I. *Pierius Valerianus* Lib. II. De Litteratorum Infelicitate, *Leander Albertus* in Deſcript. Italiae, *Pocciantes*, *Niger*, ll. cc. Ferdi-

dinandus Vghellius Tom. II. Ital. Sacr. in ſerie Epiſc. Piſaurenſium, ubi de *Franc. Oricellario*, *Gamurrinius* in I. Vol. Familiar. Nobil. Thuſciae, *Morerius*, et *Baylletius* in Lexico Hiſtorico-Critico, *Petrus Crinitus* De Honeſta Diſciplina Lib. IV. C. IX. Lib. V. C. XIV. Lib. VIII. C. V. Lib. X. C. X. Lib. XI. C. XII. Lib. XXI. C. IV. Lib. XXIII. C. XII. Idem in praevia Epiſtola Poetis Latinis ad *Coſmum Paccium* Epiſcopum Arretinum - In quo „ teſtes habemus locupletiſſimos, tum alios „ plures, tum *Bernardum Oricellarium*, cuius „ libri de Vrbe Romana facile probaturi ſunt „ omnibus poſteris, quantum illius diligentiae „ iure optimo ſit concedendum in obſervandis, „ atque inluſtrandis antiquorum monimentis -. *Franc. Cattanius* a Diacceto in Praef. ad Libros De Amore ad *Bindaccium Ricaſolanum* - Quam „ (civitatem noſtram) *Bernardus Oricellarius*, „ vir priſcae eruditionis, ac gravitatis, veluti „ impiam novercam abominatus effugit. - Tum in Praef. ad Libros De Pulcro ad *Pallantem*, et *Io. Oricellarium*, haec inter alia refert - „ Multa me *Bernardo* obnoxium fecerunt, „ ingenii candor, bonarum artium ſtudia, „ multarum, magnarumque rerum peritia, „ inprimis autem morum nitor, ac gra- „ vitas pluſquam priſca, quae ei viro in „ paucis Dii dedere etc. - Idem etiam ſcribit Epiſtolam *Bernardo* noſtro, quae incipit - *Franc. Cattanius Diaccetus Bernardo Oricellario etc.* - Alia praeterea eiuſdem Epiſtola ad *Bernardum Oricellarium* legitur p. CCCXLIV. Operum eiusdem. Inter Epiſtolas ineditas *Philippi Redditi* MSS. in Cod. membr. Bibl. *Laurent.* Pl. XLVII. num.

num. XXI. Ep. VIII. et IX. ſcripta eſt *Bernardo Oricellario*. *Bartolemaeus* quoque *Fontius* plures Epiſtolas adhuc ineditas eidem miſit, Libri nempe II. Ep. V. et Lib. III. Ep. V. et XI. De hoc *Bernardo* pluribus agit vir. Cl. *Ant. Magliabechius* in ſuis Adverſariis MSS. in Bibl. *Magliab.* Cod. Chart. fol. num. IX. Claſſ. IX. p. XXIII. ſeq. Ex nonnullis *Io. Cinelli* Schedis, quae MSS. ab *Apoſtolo Zeno* adſervantur, Philoſophiae Profeſſorem in Piſano Atheneo fuiſſe colligimus. Denique minime praetereunda eſt eius effigies, quam nobis graphice delineatam exhibet *Scipio Ammiratus* Tom. II. Opuſcul. p CCLVII. Exſtat eius Calumniae Triumphus, inter Carmina vulgo *Carneſcialeſchi* impreſſus. Quae vero *Bernardo* noſtro multum laudis peperere, ea ſunt opera, partim publici iuris facta, partim in Bibliothecarum foris deliteſcentia; quorum hic numerum referimus. Sunt itaque:

I. Bellum Mediolanenſe in IV. quod in Bibl. *Strozziana* num. CCCCLXXVI. adſervatur.

II. Bellum Piſanum, quod Londini typis *Gulielmi Bowyer* in lucem prodiit MDCCXXXIII. Huius meminit *Philippus Redditus* in Epiſtola ad *Bernardum Oricellarium* MS. in Bibl. *Magliab.* his verbis. Tu quoque poſteros cogitans, „ memorabilem illam Piſanam Hiſtoriam, ut au„ dio, docte, ſciteque perſcripſiſti, quae Te, „ ut auguror, reddet immortalem. Oratio De Auxilio Tiphernatibus adferendo exſtat poſt Bellum Piſanum in memorato volumine.

III. Bellum Tiphernatium. In *Magliabechiana* exſtat.

IV. Hiſtoria de *Caroli* VIII. Gallorum Regis

gis in Italiam adventu: quod opus in nonnullis MSS. exemplaribus titulum habet *De Bello Italico*, et de *Bello Gallico*. In Bibliothecis *Laurentian.* et *Magliabech.* proſtat: editum vero Londini fuit Anno ſuperius citato.

V. Hiſtoria Vrbis Romae. Haec olim ſparſim legebatur, ut *Cinellius* in Schedis Litterariis teſtatur; magno deinde volumine comprehenſa a *Manfredo Macignio* adſervabatur, cum ad eum ex hereditate perveniſſet, ut accuratus *Salvinus* notat p. CCCLXVI. Faſtor. Conſular. Nunc autem in Cl. Subdecani *Riccardii* ditiſſima Codd. MSS. Bibliotheca proſtat. Hoc de Vrbe Roma *Bernardi* opus poſt exactos *Medices* confectum fuit, inſcriptumque: *Collectanea Antiqq. Roman. ad Pallantem*. De hoc honorifice meminit *Crinitus* in Praef. Poet. Latin. de quo ſupra, et Lib. VIII. C. III. De Honeſta Diſciplina. *Marcus Antonius Placidus* in Epiſtola IV. ad *Laurentium Strozzam* Florentinum, praemiſſa Libello *Pomponii Guarici* Neapolitani De Sculptura, impreſſo Florentiae A. MDIV. vocat *Bernardum Oricellarium* Romanae Vrbis inſtauratorem, his verbis: Cum ad noſtras manus perve„ niſſet hic *Pomponii Guarici* De Sculptura non „ iam libellus, ſed qualem *Domitius Piſo* opor„ tere eſſe aiebat, Theſaurus, quod et ipſe „ Romanae Vrbis inſtaurator *Bernardus Oricel„ larius* ſocer tuus iudicavit etc.

VI. Florentinorum etiam Hiſtoria; ſi *Pocciantio*, *Gamurrinio*, et *Nigrio* fides habenda eſt; quamquam id nullis nixus argumentis *Apoſtolus Zenus* inficias eat Tom. XXXIII. pag. CCCLII. Ephemerid. Litteratorum Venetorum: apud quem duae ſunt *Bernardi* Epiſtolae Latine exa-

exaratae, quas nondum, quod sciam, publici iuris fecit.

Dignus quoque est *Bernardus Oricellarius*, ut inter Criticos sui aevi recensetur; nam *Antonius Francinus* in Epistola ad *Pallantem Oricellarium Bernardi* F. de qua supra egimus, commemorat *Livii* Decadas a *Bernardo* patre castigatas, his verbis. Ego cum praeteritis die„ bus ad amplissimas, ac sane regias aedes „ tuas, suasu *Nicolai Angelii* Bucinensis, viri „ doctissimi, *Livii* Decadas a *Bernardo* tuo „ castigatas petitum veni.

Cum itaque tot, tantisque animi dotibus emineret, plures legationes obivit, et ad Vexilliferatus dignitatem A. MCCCCLXXX. Mensibus Novembris, et Decembris evectus fuit. Vxorem duxit *Nanninam*, *Petri Medicei* filiam, ex qua filios suscepit, *Petrum*, *Cosmum*, *Pallantem*, *Ioannem*, et *Lucretiam*, quam A. MDIII. connubio sibi iunxit *Laurentius*, *Philippi Strozzae* F. ex eaque ortum duxit ille haud obscuri nominis vates *Io. Baptista Strozza*.

(2) De hortis istis pluries *Petrus Crinitus* mentionem facit, ac praesertim Lib. V. De Honesta Disciplina, C. XIII. ubi ait. Legebatur nu„ per in hortis *Oricellariis* Historia de *Commodo* „ *Antonino* Imperatore, qui inter alia scelera, „ atque flagitia, ut traditur, etiam Mythriaca „ sacra homicidio polluit. Quo loco dubita„ tum est a quibusdam non indoctis viris, qui „ aderant, quaenam sacra haec forent, aut „ cui potissimum Numini dicata: quod a nobis „ exponendum est paullo copiosius pro no„ stro studio, atque diligentia in veterum di„ sciplinis. Et rursus Lib. XI. c. XII. Num-

„ quam

„ quam videor magis in otio, et honeſtis lit-
„ teris verſari, quam eo tempore, quo cum
„ *Ioanne Corſeo*, et *Nigro*, de optimis ſtudiis,
„ atque omni antiquitate differitur; quod qui-
„ dem perſaepe accidit, quum utriuſque eru-
„ ditio multiplex, et abunde elegans iure opti-
„ mo cenſeri poſſit. Itaque nuper in hortis
„ *Oricellariis* inter alia complura, quaeſitum
„ eſt de *Sedigito Volcatio*, deque eius iudicio
„ etc. - p. DCCCXXVII. exſtat Ode eiuſdem de hortis *Oricellariis* ad *Fauſtum* de ſilva *Oricellaria*. Ipſemet *Bernardus Oricellarius* in memoratis MSS. Collectaneis Romann. Antiquit. hortorum ſuorum meminit his verbis - Et nos ipſi ha-
„ bemus domi in hortis noſtris monumentum
„ Marmoreum e Graecia Piſas antiquitus deve-
„ ctum, deinde Florentiam translatum, quo in-
„ ſculptus ludus equeſter cum piſcibus *Neptunno*
„ dicatus - .

(3) *Petrus* adoleſcens immaturo funere ſublatus eſt.

(4) *Coſmus Petri Victorii* nepos primo aetatis flore quamquam invido fato praereptus, nonnulla tamen ingenii ſui monimenta poſteritati commendaſſe fertur. Obiit Anno circiter MD. Vxorem duxit *Ioannam Malaſpinam* ex Marchionibus Foſſae Novae. De hoc ita *Scipio Ammiratus* l. c. *Di un padre iſtorico uſcirono due figliuoli Poeti*, Coſimo, *e* Giovanni Rucellai; *ma il primo de' quali per la breve vita, che egli ebbe, ſarebbe ſtato di picciol grido, ſe egli non foſſe ſtato illuſtrato dagli ſcritti di* Niccolò Machiavelli. Huic vero *Machiavellum* Sermones ſuos dicaſſe, falſo adſerit *Ammiratus*, ut aperte innuit Cl. *Apoſtolus Zenus* Tom. XXXIII. p.

CCCLV. Art. VI. qui etiam probat, nullis prorsus argumentis, eidem tribui tragicum illud Carmen, *Rosmundo* vulgo dictum, et illud, quod obcurrit p. CCXXXVIII. inter Rhythmos variorum Cll. Poetarum, Venetiis A. MDXLV. impressos; tum Eclogas, quas *Cosmo Alamannus* inscripsit. Quae omnia non huic nostro, sed alteri *Cosmo*, vulgo *Cosimino* nuncupato, de quo inferius, tribuenda esse manifeste adparet.

(5) *Pallas* ortus est A. MCDLXXIII. Kal. Iulii. Vnus hic fuit, qui maturiori aetate e vivis excesserit. Floruit enim tunc, cum A. MDXXXVI. *Cosmo Mediceo* Florentinae Civitatis regimen, nostro miserabili fato, et excidio, traditum fuit. Is itaque, ut cum *Pocciano* loquar, bonis disciplinis cumulatissimus fuit, et ad quaeque abditissima Philosophiae arcana respondere iugiter paratus. Eius nihil aliud exstat, quam Epistola quaedam *Trissino* missa, dum illi Patris sui de Apibus Carmen inscriberet: nec non in MSS. Epistolis *Trissino* missis, tres ab ipsomet exaratae leguntur. Orationem quoque habuit, cum Legati munus A. MDXXIII. apud *Clementem* VII. sustineret una cum IX. aliis nobilibus Civibus, ut *Varchius* testatur initio II. Lib. Histor. Flor. Quamplurima tanti viri praeclare gesta, *a Varchio* praecipue, tum ab *Ammirato*, et *Gamurrinio* p. CCLXXIX. seq. recensentur. *Deiamantem*, *Petri Francisci Ridolphi* F. in uxorem duxit, ex qua *Cosmum*, *Petri Victorii* discipulum, *Bernardum*, et *Clementem* filios habuit. Ex Libro, quem ei *Bernardus* Pater inscripserat, necnon ex Cod. membran. Inscriptionum Fr. *Iocundi* Veronensis, qui *Pallantis*

lantis fuit, MS. in Bibliotheca *Magliab.* Claſſ. XXVIII. num. v. in VIII. maximo ingenio, et in antiquis monimentis inveſtigandis ſollicitum fuiſſe, conſigitur.

(6) *Io. Oricellarii* vitam ampliſſimam nobis exhibet Cl. *Apoſtolus Zenus* T. XXXIII. Art. VI. l. c. Ortus A. MCCCCLXXV. obiit anno circiter MDXXV.

(7) Hic in ſacro fonte *Bernardus* vocatus, *Coſmi* deinde nomen adcepit. Haud exiguos in litteris progreſſus fecit, quas egregie a *Franc. Cattanio Diacceto* doctus fuit, ut ait *Euphroſynus Lapinius*, *Ang. Politiani* diſcipulus, a *Menckenio* omiſsus, in vita eiuſdem. - *Pallas*, „ inquit, et *Ioannes Oricellarii*, et *Coſmus* eo„ rum nepos ex fratre; cuius immaturam mor„ tem Florentina Civitas flevit, nempe quae „ Civem optimum, eumdemque doctiſſimum, „ deque Thuſcarum Muſarum eloquentia bene„ meritum amiſerat. - Quod et *Varchius* in eiuſdem *Cattanii* vita commemorat, ubi ait - Palla Rucellai, *et Mes.* Giovanni *ſuo fratello*, *che fu poi Caſtellano di Caſtel S.* Agnolo, e Coſimo *lor nipote*, *nel quale* (*eſſendo egli morto ne' ſuoi più verdi anni*) *fecero la Città di Firenze*, *e le Muſe Toſcane*, *danno*, *et perdita ineſtimabile* - Emenſo feliciter ſtudiorum ſuorum curriculo, itinera per Germaniam ſuſcepit, ut ex nonnullis verbis eruitur, quae inter Epiſtolas MSS. variorum *Triſſino* miſsas obcurrunt. In hiſce forſitan itineribus, lue Venerea infectus fuit, quae adeo illum excruciavit, ut vita tandem privarit, teſte *Iac. Nardio* p. CLXXVII. Hiſtor. Flor. Obiit autem circa Annum MDXVIII. aut ineunte MDXIX. ut auctor in-

innuit Ephemerid. Litterat. Venet. T. XXXII. p. CCXXXIX. et seq. In Bibl. *Magliabech.* Codex exstat MS. saec. XVI. qui Equitis *Francisci Marmii* V. Cl. olim erat, ubi Italica Epigrammata continentur, quorum nonnulla *Cosmi Oricellarii* nomen praeseferunt, sed *Cosmusne* pater, an filius illorum auctor fuerit, incertum. *Aloysius Alamannus*, quanto amore *Cosmum* suum prosequeretur, IV. Eclogis ostendit, quibus eius defiet interitum, qui in Annum circiter MDXIX. incidit, uti ex his Eclogae III. verbis eruitur -

Compie il terz' anno, che nel Ciel salio
La ben nata alma (obime) del nostro Cosmo -

et rursus -

——— *Gia d' un' anno è 'l mezzo,*
Ch' altro colpo mortal ci diè la morte,
Quando ci tolse poi Menalca, *e* Mosso. -

Vid. T. XXXII. Art. VIII. p. CCXXXIX. Ephemer. Litter. Venet. *Nic. Machiavellus* sub *Cosmi* huiusce, ac *Zenobii Bondelmontii* auspiciis, suos in *Livium* Sermones in lucem extulit.

§. XXXVIII.

ITaque sub *Oricellariae* domus auspiciis, paullo post se *Platonicae* Academiae comites coniunxere, *Iacobus Diacceius*

cetus (1), *Io. Canaccius* (2), *Io. Corſinius* (3), *Petrus Martellius* (4), *Franciſcus Victorius* (5), *Franciſcus Guidettus* (6), *Aloyſius Alamannus* (7), *Zenobius Bondelmontius* (8), *Antonius Bruciolus* (9), *Nicolaus Martellius* (10), *Petrus Crinitus* (11), aliique, qui *Platonicis* diſceptationibus aliquantulum ſepoſitis, de ea recondita dicendi arte, qua noſtri ſermonis inſtauratores, *Dantes* videlicet *Aligherius*, *Io. Boccaccius*, et *Franciſcus Petrarcha*, uſi fuerant, agendum ſibi quoque propoſuerunt (12). His ſeſe adiunxit celebris ille *Nicolaus Machiavellus*, ex cuius eruditis ſermonibus maximam doctrinae cognitionem Academici hauriebant. Ille enim, ut cum *Varchio* loquar, ſi ſummae doctrinae, atque intimae Politices cognitioni morum integritatem coniunxiſſet, cum veteribus doctiſſimis viris eſſet iure optimo aequiparandus (13). Is igitur animadvertens, quanta inter ſe, et ceteros illos doctrina praeſtantes viros, conſuetudo intercederet, *Aloyſio Ala-*

manno, *Caſtruccii* vitam, *Bondelmontio* vero, et *Coſmo Oricellario*, ſuas in *Livium* animadverſiones dicavit (14).

(1) De *Iacobo Diacceto* ita *Scipio Ammiratus* in Familiis Florent. loquitur - *Dei figliuoli di* Lapo, *e di* Taddea *degli* Albizzi, *perciocchè* Franceſco *di* Agnoletta *de'* Bardi *non ebbe figliuoli maſchi*, Gio. Batiſta *ſi morì di peſte l'anno* MDXXVII. *avendo prima veduto l'infelice fine di* Iacopo *ſuo figliuolo*, *il quale avendo per gli ſtudi delle lettere umane*, *molta domeſtichezza con* Luigi Alamanni, *e con* Zanobi Buondelmonti, *i quali contra il Cardinal* Giulio *de'* Medici, *che fu poi* Clemente VII. *per diverſe cagioni avevano congiurato*, *ancor egli ſi laſciò a quella congiura tirare* - Conſule *Nigrium* in verbo *Iacopo Diacceto* etc.

(2) De *Ioanne Canaccio* mentionem facit *Benedictus Varchius* Lib. V. Hiſtor. ſub A. MDXXVII. ſub anno vero MDXXVIII. unus ex Decemviris, Libertatis, ac Pacis Florentinae Reip. conſervatoribus, et deinde bis inter Dominos Reip. adſcitus fuit, teſte eodem *Varchio*.

(3) De *Io. Corſinio* nihil, quod proferam, in promtu habeo.

(4) *Petrus Martellius* vir cultae litteraturae fuit, Ebraicam, Graecam, Latinamque linguam optime calluit. Verum ſummis vitae cruciatibus obnoxius, obiit ineunte ſaeculo XVI. Scripſit libros quattuor in Mathematicas diſciplinas, de quibus Ephemeridum Litteratorum,

quae

quae Venetiis prodierunt A. MDCCX. Scriptores, haec tradunt, ubi de *Petro Alcyonio* agunt - *A queſta voce (cioè di plagiario) diede gran fondamento un altra, che ſe ne ſparſe, per teſtimonio del* Valeriano De Infelic. Litt. *cioè, che quattro libri Mattematici di* Pier Martelli *Fiorentino, i quali* Baccio Martelli, *ſuo figlio, avea ſalvati, dopo la morte di lui, in Caſtel S.* Angelo *dalle mani de' ſoldati, caduti poſcia in podeſtà dell'*Alcionio, *erano ſtati levati dal mondo, ſenza che più in alcun tempo ſe ne foſſe avuta notizia* - Epiſtolas quoque plures, et elegantes, nec non Epigrammata non pauca, et acutiſſima, exaraſſe, *Nigrius* teſtatur.

(5) *Franciſcus Victorius* nobiliſſimo genere fatus, quamplura Florentinae Reip. munera, et honorificas legationes obivit apud Galliae Regem, diverſoſque Pontifices, praecipueque cum Lateranenſe Concilium Romae celebraretur. Anno MDXVIII. a Florentina Rep. ut Montis Feretri poſſeſſionem pro eadem caperet, miſſus eſt, ac duobus poſt annis, Praefidis titulo decoratus, eam regionem laudabiliter rexit, ac gubernavit. In negociis adminiſtrandis cum eſſet ſummopere verſatus, poſteritati reliquit Sermones ſuos hunc titulum praeferentes - *Del governo della Città di Firenze dopo l'aſſedio patito, a Fr.* Niccolò *Arciveſcovo di Capova* - Hi per multorum manus MSS. vagantur cum variis eiuſdem Epiſtolis, atque exemplis ad inſtruendos Principes mirifice idoneis. *Vide Iacobum Gaddium* in Elogio, et *Nigrium* l. c.

(6) *Franciſcus Guidettus* A. MCCCCXCIII. lucem adſpexit. De eo nullam mentionem facit

Ni-

Nigrius ; attamen iſte in Poeſi , ac Thuſco eloquio inſtaurando plurimum valuit , Florentinamque Academiam Conſul rexit , ac decoravit. Hunc tanti fecit *Areoſtus* , ut illi Poema ſuum , vulgo l' *Orlando* , caſtigandum dederit , teſte *Carolo Lenzonio* p. xxv. et xxvi. in *Dantis* Apologia , ubi ita *Gellium* loquentem inducit - *Di queſta urbanità non s' ingannarono ancora nè il* Sannazzaro , *nè l'* Arioſto , *che l' uno in Napoli avea tanto piacere , e grazia , quanto egli poteva goderſi la converſazione , e i ragionamenti de' Fiorentini , da' quali traſſe finalmente non poca utilità , e molto onorata : l' altro in Firenze , dove egli ſtette due anni a queſto fine , ſe ne dolſe più volte con* Franceſco Guidetti *amiciſſimo ſuo , e noſtro , e però invitò lui , e molti altri de' noſtri Toſcani alla correzione dell' opere ſue* . - Hinc idem *Areoſtus* Cantu xxxvii. Carm. xii. ita amicum ſuum *Guidettum* adloquitur . -

Appreſſo a queſti un Ercol Bentivoglio
Fa chiaro il voſtro onor con chiare note ,
E Renato Trivulzio , *e il mio* Guidetto ,
E il Molza *al dir di voi da* Febo *eletto* . -

quorum Carminum occaſione *Simeon Fornarius* in prima parte Expoſitionis ad *Areoſti* Poema p. dcxxxi. itade *Guidetto* loquitur - Franceſco Guidetti *eſſendo anch' egli buon compoſitore di Toſcane rime , è degnamente dall'* Arioſto *annoverato tra gli altri buoni Poeti* - idemque adfirmat *Io. Baptiſta Vbaldinus* in Hiſtoria familiae *Vbaldiniae* , *Varchius* in ſuis Italicis Diſceptationibus , *Io. Georgius Triſſinus* in Dialogo , cui titulus : *Il Caſtellano* ; in quo de Thuſco idiomate agitur ,

Fer-

Ferrariae A. MDLXXXIII. impreſſo. *Coſmus* denique *Bartolus* eumdem loquentem inducit, in ſuis in *Dantem* Animadverſionibus. Conſule hac de re *Iacobum Killium*, et *Salvinum Salvinium* in Annalibus Conſulum Academiae Flor.

(7) Quanti nominis Poeta fuerit *Aloyſius Alamannus*, neminem latere arbitror, quum egregia eius opera, tanti vatis nomen univerſae poſteritati commendent. Hic e Florentina Vrbe profugus, ad magnanimum *Franciſcum* I. Galliae Regem, ſe contulit, cuius Principis favore, ac liberalitate, poemata, quae in omnium manibus verſantur, feliciter elucubratus eſt. Eius vitam ſcriptis tradidere auctores Ephemeridum Litterat. Venet. Tom. XXXII. Art. VIII.

(8) *Zenobium Bondelmontium Nardius* in Hiſtor. Flor. et *Io. Maria Mazzuchellius* ſocium huiuſce Academiae fuiſſe, et in *Iulium* Cardinalem *Mediceum* coniuraſſe adſerit. Quod et innuit *Bernardus Segnius* his verbis Lib. II. Hiſtor. Flor. - *Era in Firenze allora* Luigi Alamanni, *giovane di nobil famiglia, e di coſtumi virtuoſi adornato, e di lettere: coſtui pochi anni innanzi nel* MDXXII. *quando* Giulio *de'* Medici *Cardinale, che fu poi Papa* Clemente, *governava in Firenze, gli aveva congiurato contra con* Zanobi Buondelmonti, *e* Batiſta *della* Palla, *e certi altri, per cagione, come io ſtimo, di ridurre la Città a viver più libera; fu la congiura ſcoperta, ed eſſi appena campati dal furor del Principe, furono mandati in eſilio.* -

(9) *Antonius Bruciolus* magno ingenii acumine, linguarumquae peritia praeditus fuit. Scripſit autem Biblia Italice ex Ebraica, et Graeca veritate tranſlata, quorum prima editio hunc praefert titulum. -

La

La Bibbia, che contiene ſacri libri del Vecchio Teſtamento, tradotto nuovamente da la Ebraica verità in lingua Toſcana per Antonio Brucioli, *con divini libri del Nuovo Teſtamento tradotti da Greco in lingua Toſcana per medeſimo, con privilegio de lo inclito Senato Veneto, et lettera a* Franceſco I. *Rege Criſtianiſſimo: in fol. Venetiis Lucae Antonii Iunctae* MDXXXII. Menſe Maio. - In Indice librorum prohibitorum iuſſu Concilii Tridentini confecto, inter auctores primae claſſis notatur *Bruciolus*, et in Indice Expurgatorio ab *Ant.* de *Sottomaior* anno MDCXL. recognito additur - *Ant. Bruciolus* Italus, qui Italice utrumque Teſtamentum vertit, et alia in Scripturam commentaria italice edidit apud *Lucam Ant. Iunctam* MDXXXII. MDXXXIV. MDXLVI. MDXLVII. Ille vero cum Ebraicam linguam non egregie calleret, Latinam *Sanctis Pagnini* verſionem exſcripſit, et in errorem interdum lapſus eſt, quod verborum huiuſce obſcurae verſionis ſenſum non fuerit ſemper adſecutus; quin etiam ſtilum *Pagnini* rudem, et barbarum imitatus eſt. *Richardus Simon* Hiſtor. Crit. V. T. Lib. II. Cap. XXII. Verum diverſas huiuſce operis editiones fuſe, et erudite recenſet *Iacobus Le Long* in Bibliotheca Sacra Tom. I. Art. II. Reliqua eius opera ſunt -

Dialoghi della Naturale Filoſofia ſopra i libri della Filoſofia di Ariſtotele *con i ſuoi commentari In Venezia* MDXLIII. et MDXLIV.

Dialoghi della Filoſofia Morale ſopra i libri della Morale di Ariſtotele. Ibidem.

Dialoghi della Metafiſica Filoſofia.

Dialoghi Faceti MDXXXV. *Venetiis.*

Libri tres Hymnorum, Canticorum, et Pſalmorum.

Modo

Modo di far Danari, uſato dalle Repubbliche, Re, Imperadori antichi, e moderni; eſtratto da autori Greci, e Latini, a Coſimo Medici *Duca di Fiorenza*. MS. adſervari in Bibliotheca Mediceo-Palatina dicitur.

Del governo dell' ottimo Principe. In multorum manibus vagari MS. teſtatur *Niger*.

Dell' Amore Divino, e Criſtiano MS.

Ioſias Simlerus in Bibliotheca, verbo *Antonius Bruciolus*, adſerit ſcripſiſſe Commentarium novum in Acta Apoſtolorum, Venetiis MDXLVII. Piam explicationem Decalogi; et Orationis Dominicae, Venetiis eodem anno; Epiſtolam contra pertinaciam Iudaeorum, eodem anno; ſed omnia Italice.

(10) *Nicolaus Martellius* Nobilis Florentinus ortus A. MCCCCXCVIII. maximum decus Patriae adtulit ingenio ſuo foecundo, et hilari. Plurima eius impreſſa, et MS. Poemata, et Epiſtolae recenſentur ab *Iacobo Rillio* l. c. et *Salvino Salvinio* Canonico Florentino in Faſtis Conſularibus Academiae Florentinae. Pariiis ſtudiorum gratia plurimum commoratus eſt, ut patet ex eius Epiſtolis, Florentiae impreſſis A. MDXLVI. unde eius ſcriptis vitio vertit *Ant. Franc. Donius* in Libro I. ſuae Bibliothecae, quod nonnulla verba, quae Florentinam eloquentiam minime redolent, quandoque uſurpaverit. cc. Thuſcanica Epigrammata De nonnullis amicis ſuis *Catharinae Mediceae* Galliarum *Delphinae*, c. Duci Florentiae, aliaque de amoribus agentia Duci Aurelianenſium, dicavit. In Bibliotheca *Strozziana* varia eius poemata MS. adſervantur in codice CLXXVIII. et in Cod. DCCXXXIX. ſunt plurimae eius Epiſtolae, quas

quas in unum conlegit, ac *Sylviae* ſummae Balnei Comitiſſae miſit. De eo agunt *Ghillinius* in Theatro Virorum Illuſtrium, *Io. Marius Creſcimbenius* Lib. IV. Hiſtor. Vulgaris Poeſeos, *Pocciantes*, et *Nigrius*, in Catalog. Scriptorum Florent.

(11) *Petrus Crinitus* iucundo, eruditoque ingenio iuvenis, cum a criſpa Patris coma Etruſco nomine *Riccius* vocaretur, idque nomen faſtidiret, *Crinitus* adpellari maluit. Is non iniquo iudicio habitus eſt inter *Politiani* diſcipulos diſertiſſimus. Exſtant enim praeter elegantiſſima Poemata, libri De Honeſta Diſciplina ſupra xx. peramoena, et copioſa varietate delectabiles, in quibus pluries de Academia noſtra mentionem facit, ac item quinque de Poetis Latinis laborioſe, eruditeque perſcripti: quae omnia *Io. Andr. Quenſtendt* in Dial. De Patriis Illuſtr. Viror. plurimi facit. Verum in Scandiciana *Petri Martellii* villa poſt hilarem coenam, cum petulantis convivae manu, inter iocoſam rixam, frigidae cantharo perfuſus obriguiſſet, inſolentis iniuriae dolore ſaucium, paucis poſt diebus interiiſſe tradunt, cum nondum XL. aetatis annum attigiſſet, ut ait *Paullus Iovius* in Elogiis. *Barptolemaeus Fontius* Lib. III. Epiſtolarum MSS. Ep. VI. *Franciſco Zeffio* data III. Idus Sept. MDX. *Crinitum* commemorat, eidem *Landinum*, *Picum*, *Neſium*, alioſque viros doctiſſimos, adiungens his verbis - Nam *Politiano*, *Ficinoque* exceptis, quos belle adducis, longe alia fuit ratio *Scalae*, *Landini*, *Pici*, *Neſii*, et *Criniti*, qui dare in lucem, quae poterant, etiam debebant, nulla religione impediente. -

(12)

(12) *Io. Bapt. Gellius* in Sermone, quem cum *Cosmo Bartolo* habuit - *Della difficoltà di ridurre a regola la nostra lingua* - p. x. et p. xxxiii. ita ad rem nostram. -

Que' dotti Uuomini non potevan lasciar di maravigliarsi di alcuni litterati poco avanti la loro età, che avevan composto in verso, et in prosa di questa lingua senza alcuna osservazione, parendo loro impossibile, che avendo pur veduto gli Scritti di que' tre famosi, e non avessero aperto gli occhi alle loro osservazioni, et non si fussero accorti in quanta corruzione, fosse incorsa la bellissima lingua, che noi parliamo. Da costoro avvertiti Cosimo Rucellai, Luigi Alamanni, Zanobi Buondelmonti, Francesco Guidetti, *et alcuni altri; i quali praticando con esso* Cosimo *si trovavano spesso all' orto, con que' più vecchi, cominciarono a cavar fuori le dette considerazioni, et a metterle tanto in atto, che la lingua n' è poi tornata in quel pregio, che voi vedete.* -

(13) Lib. II. Histor. Flor. *Varchius* de quadam *Machiavelli* legatione ad *Franciscum Guicciardinium* agit, atque haec de eo sentit - *Il qual* Niccolò, *se all' intelligenza, che in lui era de' governi delli Stati, ed alla pratica delle cose del Mondo avesse la gravità, e la sincerità della vita aggiunto, si poteva per mio giudicio più tosto con gli antichi ingegni paragonare, che preferire ai moderni.* -

(14) Vita *Nicolai Machiavelli* a nobis scripta legitur in Prolegomenis nostrae Collectionis Veterum Monimentorum.

§. XXXIX.

§. XXXIX.

FLorentina interim Civitas in duas partes ſcindebatur, in Piliferos ſcilicet, qui *Mediceis* Principibus favebant, et Populares, qui publicam libertatem adſerebant, ac pro viribus tutabantur. Cumque ab exceſſu *Leonis* X. Pontificis Maximi, *Iulius* Cardinalis *Mediceus* tyrannidem urbis exercere adgreſſus eſſet, quam funeſtiſſimo deinceps, ac deplorabili fato, nec ſine plurimo Optimatum ſanguine conſtitutam, ad noſtram uſque aetatem, tamquam peſtilentem morbum, *Coſmus* propagavit; nonnulli magnanimi, ac cordati animi iuvenes, publicae libertatis praedoni invicta pectora pro Patria obiicere non timuerunt. Inter praecipuos itaque publicae quietis adſertores recenſendus eſt *Iacobus Diaccetus*, qui id temporis in Florentino Atheneo Rhetoricam profitebatur. Hic magnanimos

mos iuvenes hortatus est, ut hominem illum nefarium, ac pernicioſum, patriam in ſervitutem redigere conantem, e medio tollerent, atque interficerent (1). Quod profecto fauſtis ominibus eveniſſet, quum praeſertim iſte in nonnullos Academiae Socios, et praecipue in *Aloyſium Alamannum* ſe inique geſsiſset (2), niſi coniuratione detecta, A. circiter MDXXIII. in carcerem detruſus fuiſſet *Diaccetus*. Quo conſilio admonitus *Antonius Bruciolus*, metuens, ne quid ſimile ſibi contingeret, *Aloyſium Alamannum*, amicum ſuum, tunc ad Sanctum *Cerbonem*, ſupra Figlinenſem agrum, una cum *Ioanne Serriſtorio*, ruſticantem, adiit, eumque, ut ſaluti ſuae ſine mora conſuleret, enixe rogavit. Quo nuntio audito, tantus in eum timor inrepſit, ut ſociorum ſalutis immemor, fuga ſe in tuto conlocarit (3); quod utinam et alii feciſſent, quorum obitum Paſtorali Carmine deflevit *Aloyſius*, (4);

qui variis post peregrinationibus, Parisiis consedit, ubi *Francisci* I. Galliarum Regis, amicitia sibi conciliata, sub tanti Maecenatis auspiciis ea, quae exstant, insignia ingenii sui monimenta posteritati reliquit. Humanarum itaque rerum vicissitudine, *Platonica* Academia toto orbe percelebris, deperierat; quum aliquot post annis eam rursus instaurare sapienti consilio voluit Magnus *Leopoldus* ab Etruria, adnuente *Ferdinando* fratre, magno Duce (5). Hosce enim ambos, ad exemplum Principum natos, ad omnem bonarum artium culturam praefecerat Etruriae Deus. Incredibili igitur munificentia viros natalibus, doctrina, ac multiplici eruditione excellentes, qui ea tempestate florebant, summa beneficiorum congerie adfecerunt. Orationem habuit in solemni Academiae instauratione *Nicolaus Arrighettius* (6); ac deinceps memorati doctissimi viri apud suos Principes convenientes, *Dantem*,

Poetam

Poetam doctiſsimum, graviſsimumque, perlegebant, atque Academicum in morem conloquendo, clarum, perſpicuumque reddebant; deinde vero ipſius *Platonis* monimenta in manus ſumere, atque ediſſerendo, in eius ſenſum pervadere conſtituerunt (7).

(1) *Scipio Ammiratus* T. II. Hiſtor. Flor. p. CCCXLV. - *Aveva in quel tempo la lezione di Umanità nello Studio pubblico di Firenze* Jacopo *da* Diacceto, *giovane ancor egli, che molto con* Luigi, e Zanobi *uſava: il quale le male ſodisfazioni di queſti giovani udendo, e atti a far qualunque grande impreſa ſtimandoli, con addur loro li antichi eſempi, con queſto ſplendidiſſimo nome di Liberatori della Patria, a dover uccidere il Cardinale grandemente gli confortava ec.* -

(2) *Scipio Ammiratus* l. c. - *Preſo di notte coll' arme, e convenutoli la pena, poco dianzi per ordine del Cardinale meſſa, pagare, recandoſi queſta coſa ad onta, come ſe egli per lo favor, che aveva col Cardinale, e per altre ſue qualità ſotto la legge non doveſſe eſſer compreſo, tutto di rabbia fremeva, ed opportunità di vendicarſi aſpettava.* -

(3) Miſerabilis huiuſmodi Academiae *Platonicae* exitus fuſe ab *Iacobo Nardio* exponitur Lib. VII. Hiſtor. Flor. In quodam Florentinarum Familiarum Catalogo, vulgo dicto *il Prioriſta*, haec notata invenio - *Anno* MDXXI. *di*

Maggio fu preso un Corriere Franzese, che portava lettere contro a Medici ; *e non avendo modo da provar nulla, gli feciono dare per astuzia il rendimento dell' animo: onde chiesto il Confessore, gli mandarono uno Spione di cambio..... quale li disse, che se su questo punto non diceva, onde il caso costava, perderebbe l' anima ; dove disse avere una lettera cucita nella fascia della cappa, la quale trovata, si scoperse il tutto, e ne fu mozzo il capo a* Iacopo *di* Diacceto, Luigi *di* Tommaso Alamanni, *capi della congiura, per voler ammazzare il Cardinale* Giulio *de'* Medici, *et altri confinati*. -

(4) Quarta est inter eius Eclogas, ubi inter alia -

Cosmo *tolto ne fu da morte acerba,*
Non son molt' anni, e poi Menalca, *e* Mosso,
Da fortuna crudel: noi l' empie mani
Pur fuggendo, viviam, che il credo appena.

(5) Consule *Iosephum Blanchinium* in Libro *Dei Granduchi di Toscana* p. XCIV.

(6) Legitur in Libro, cui titulus: *Prose Fiorentine* etc.

(7) Ita *Paganinus Gaudentius* Orationem habuit in solemni instauratione studiorum, quae inter eius opera impressa legitur cum hoc titulo - De *Platonica* Academia Sereniss„ mi Principis *Leopoldi* ab Etruria, Nuncius ad„ latus Kal. Nov. in magna aula celeberrimi „ Gymnasii Pisani -.

§. XL.

§. XL.

SAtis itaque expositis celeberrimae huius *Platonicae* Academiae primordiis, progressibus, ac fatis, cuius *Landinus* noster Princeps a *Laurentio Mediceo* fuerat iure optimo constitutus; antequam ad eius praeclara gesta enarranda iterum revertamur, unum superest notandum, Marchionem nimirum *Franciscum Castellioneum*, virum nostra aetate, ingenio, magnificentiaque excellentem, *Platonis* Natalitia splendidissimo convivio quotannis celebrare solitum fuisse: verum, offensa inter viros doctos exorta, tam praeclari instituti rationem defeciisse: quod quidem discidium eo dolendum magis censemus, quo maiora ex continuata in Florentinos Litteratos Marchionis *Castellionei* munificentia, in optimas disciplinas commoda, atque emolumenta emanare potuisse non ignoramus. Sed ad

inſtitutum redeamus. *Landinus* itaque A. MCCCCLXI. quum ingentem auri, argentique vim propriis ſibi laboribus, ac vigiliis adeptus eſſet, aedes ſibi commodas comparavit (1). Anno deinde MCCCCLXVII. aetatis vero XLIII. cum Florentinae Reip. qui erat a ſecretis obiiſſet, ipſe vero *Partis Guelphae* eſſet Cancellarius (2), et in defuncti locum ſubfici maxime adpeteret, elegantiſsimam *Laurentio Mediceo* miſit epiſtolam (3), qua eumdem, ut tantae dignitati praeficeretur, enixe rogavit; et licet voti compos minime tunc factus eſſet, inter eos tamen, qui Reip. ab Epiſtolis et Sanctioribus conſiliis cooptatum poſtea fuiſſe, aliunde adparet (4). Quod profecto litterarum ſcribendarum munus, cum dignitate, ſuique magnitudine, ac pondere ceteris antecelleret, homini cum graviſsimo, et honeſtiſsimo, tum ſumma fide, probitate, ſcientiaque, praedito demandabatur.

(1) Ex

(1) Ex publicis libris Magiſtratus, vulgo *delle Decime*, haec habentur ſub A. MCCCCLXX. *Mes.* Criſtofano *di* Bartolommeo Landini *nel* MCCCCXXVII. *non era deſcritto a detti libri, et andò dall' Anno* MCCCCLI. *che ſi fece Cittadino in circa per Quartiere S.* Spirito, *Gonfaloniere Sferza, et l' Anno* MCCCCLXX. *volſe andare per Quartiere S. Croce, Gonfaloniere Lion nero.*

Una caſa per mio habitare poſta nel Corſo de' Tintori nel popolo di S. Iacopo *tra le Foſſe, confina primo, e ſecondo via, a terzo renaio, a quarto una mia caſetta: e sì fatta di nuovo di caſette comprai parte dallo Spedale di S.* Noferi, *Carta per mano di Ser* Gio: *di* Dino Peri *ſotto li* XX. *di Novembre* MCCCCLXI. *per f.* DCX.

MCCCCLXX.

Mes. Criſtofano *anni* XLIV.
M. Lucrezia *mia Donna* XXV.
Laura *mia figlia* V.
Piero *mio fratello* XI.

(2) In Codice, cui titulus: *Locationes Praediorum*, apud publicarum viarum Curatores, invenio p. VII. ſub A. MCCCCLVII. - Item dicto „ Anno, Indictionis loco, die vero ſecunda „ Iunii, praeſentibus teſtibus Domino *Chriſto-* „ *phoro Barptolemaei Landini* Cancellario, et *Ioan-* „ *ne Bartoli Stradae* - p. IX. die XX. Auguſti MCCCCLXVII. - Dominus *Chriſtopborus Landi-* „ *nus* Cancellarius, ut ſupra, omni meliori „ modo locavit ad penſionem etc. - Eadem verba leguntur p. IX. a tergo, et p. XIII. pariter a tergo. Sub die vero VIII. Ianuarii

rii MCCCCLXVII. - Item postea dicto Anno mil-
„ lesimo quadringentesimo sexagesimo septimo,
„ Indictione prima, die vero octava mensis
„ Ianuarii actum, ut supra, praesentibus testi-
„ bus *Smeraldo Io.* de *Davanzatis*, et *Antonel-*
„ *lo Nicolai* de *Benivento*, Dominus *Christo-*
„ *phorus Barptolemaei Landini*, Cancellarius di-
„ ctae Partis, secundum ordinamenta Syndacus,
„ et Procurator ad infrascripta facienda etc.
„ non obligando praeterea se, sed bona di-
„ ctae Partis, omni meliori modo, locavit ad
„ pensionem etc. - Ibidem sub die XVI. Ia-
nuarii MCCCCLXVIII. - Dominus *Christophorus*
„ *Barptolemaei Landini*, Cancellarius Partis, Syn-
„ dacus, et Procurator secundum ordinamenta
„ ad infrascripta facienda omni meliori modo,
„ non obligando praeterea se, sed bona tamen
„ Partis, locavit ad pensionem etc. - In eius
Formulario de conscribendis epistolis, ubi de ti-
tulis cuique tribuendis agit, haec habentur - *Al*
„ *Primo Cancelliere di Parte Guelfa di Firenze*:
„ Eximio, et praestanti viro *Christophoro Landino*,
„ utriusque linguae peritissimo, Primo Cancel-
„ lario inclitae Partis *Guelphae* Civitatis Flo-
„ rentiae - In Libro tandem Magni Consilii p.
XCII. haec notata sunt sub A. MCCCCXCV. -

M. Cristofano *di* Bartolommeo Landini *Can-*
celliere de' Magnifici Signori.

Bernardo *di Mes.* Cristofano *di* Bartolommeo. -

(3) Hanc apud nos autographam protuli mu
in nostra Veterum Monimentorum Conlectione.

(4) Id patet ex Libro, vulgo *De' Partiti de'*
Signori, qui in Archivo, vulgo *Delle Reforma-*
gioni, adservatur: ubi p. CXXII. sub Anno
MCCCCXCVIII. tam praeclarum eiusmodi munus

illi

illi, dum viveret, demandatum legitur, mercede conſtituta C. florenorum Lib. A. *Barptolemaeus Scala* in Epiſtola ad *Politianum*, quae in Conlectione Epiſtolarum *Polit.* exſtat Lib. V. ita ad hanc rem ſcribit - Ac ſoleo id ſaepe cum *Landino* noſtro, quicum propter commune litteras ſcribendi publicas munus congredior frequentius etc. - *Vaſarius* quoque in Libro, vulgo De' *Ragionamenti*, de hoc eius munere mentionem obiter facit - P. *Ma queſta figura intera qua innanzi veſtita di roſſo, e che tiene quella palla della Terra in mano, con quelle ſeſte, ditemi il nome ſuo.* G. *Queſti è* Criſtoforo Landino, *allora Segretario della Signoria, che fu da Prato Vecchio di Caſentino, che comentò il noſtro* Dante: *perchè la parte dell' Inferno, per quello che ſi dice, egli la inteſe meglio, però gli ho fatto in mano la palla della Terra, perchè ſotto la gran ſecca, come la chiama il noſtro Poeta, miſurò, e diſtinſe bene, e meglio inteſe le bolgie, di quello che non fece il Cielo.* -

§. XLI.

INterim quum in nonnullorum hominum inſolentiam incidiſſet *Landinus*, eorum videlicet, qui, ut noſtra etiam aetate contingit, ſola familiae vetuſtate nixi, nulla vero ipſi virtute, bonaque arte praediti, ceteros,

ros, quibus nullum generis ſui vetuſtum ſtemma proferre licet, pro nihilo habere, et alio paene genere, quam humano, natos contemnere ſolent; Diſceptationem inſtituit, in qua *Philotimum* quemdam, *Laurentii Medicei* hoſpitem, in convivio quodam diſceptantem induxit, id nimirum ſpectans, ſi forte huiuſmodi hominum ſive inſolentiam, ſive temeritatem, refringendo, eos ad veram rationem a falſa opinione revocaret. Cauſſa vero, quare convivium celebratum fuit, eiuſmodi eſt. A. MCCCCLXIV. quum *Petrus*, magni *Laurentii* pater, ſummo bonorum omnium maerore, e vivis exceſſiſſet, *Philotimus* Conſtantinopolitanus, qui tunc temporis Romae morabatur, Florentiam, *Laurentium* ſolandi gratia, conceſſit. Vir erat ille divitiis pollens, iiſque natus maioribus, qui a priſcis *Conſtantini Caeſaris* temporibus, eam urbem, non ſine dignitate tenuiſſe tradebantur; ſecumque adduxerat *Aretophi-*

lum

lum Athenienſem Philoſophum. Tanti Principis adventu cognito *Laurentius*, ex urbe ad IV. uſque lapidem obviam illi proceſſit, clariſsimumque hoſpitem humaniſsime exceptum, multis in itinere de paterna morte verbis ultro, citroque habitis, domum ſuam perduxit (1); ubi cum iam diei tempus, ut convivium inirent, poſtularet; *Laurentius* (ſic enim et eius liberalitas, et hoſpitis fortuna, atque ingenium, poſtulare videbatur) ſplendide, lauteque homines excepit. Sedebant in eodem convivio a *Laurentio* vocati, praeter *Chriſtophorum* noſtrum, *Gentiles* Arretinus (2), quo praeceptore, et doctrina, et moribus probato, ipſe ad illud uſque tempus uſus fuerat, et *Antonius Allius* (3), cuius in ſacris litteris eruditione magnopere delectabatur. Horum alter Arretinus, Volaterranus alter erat Antiſtes. Duos hoſce Pontifices, duo ſequebantur Canonici, *Coſmianae* domus adprime familiares, *Georgius Ant. Veſpuccius* (4),

Lati-

Latinis, Graeciſque litteris eruditus, et *Angelus Politianus*, Poeta egregius, et totius antiquitatis ſcrutator diligentiſsimus. Arceſsitus et *Leo Baptiſta Albertus*, quem, *Landino* teſte (5), nulli ſuae tempeſtatis viro poſtponendum, quiſque prudens, aequuſque rerum aeſtimator iudicabit; quique ad mirificam quamdam, et omnino Atticam eloquentiam, omnes paene liberales artes adhibuerat; qui denique ad naturae arcana inveſtiganda natus videbatur. Aderat etiam *Marſilius Ficinus*, qui divinam *Platonicorum* diſciplinam, plurimis iam ſaeculis, ſitu temporum, hominumque tenebris obrutam, in lucem revocavit. Venit poſtremo, quum ſe pergratam *Laurentio* rem facturum arbitraretur, et ut civem, amicumque ſuum, tamdiu non viſum, ſalutaret, *Io. Argyropulus* (6), cui quidem omnium Graecorum in univerſo Philoſophiae genere principatum ea aetate plerique concedebant. Hunc ſequuti ſunt ex

eius

eius auditoribus, viri nobiles, *Acciaioli* duo, *Petrus*, ac *Donatus* (7), et *Alamannus Rinuccinus* (8), qui quum iamdiu dicendi artificio, adſiduiſque declamationibus, haud mediocri eloquentia ornati eſſent, ſummo deinceps ſtudio ſeſe in Philoſophia *Argyropulo* erudiendos tradiderant, tantumque in ea profecerant, ut iam non obſcurum, quemadmodum ſuperius diximus, apud ſuos eorum nomen eſſet. Horum igitur, quos retuli, virorum diſcubitu, non minus voluptatis animo, menteque, ex vario diſputandi genere, quam palato, ex epularum ſuavitate, ac varietate, convivae capiebant. Itaque *Landinus* adſerit (9), tanta urbanitate, feſtivitateque a pleriſque graviores Philoſophiae locos fuiſſe diſcuſſos, ut *Laurentianum* huiuſmodi convivium *Platonico* Sympoſio non diſsimile videretur (10); eaque occaſione ſuum De Vera Nobilitate opus conſcripſit, quod *Laurentio Mediceo* Maecenati ſuo conſecravit (11).

(1) Ita rem omnem enarrat *Landinus* in Opere MS. De Vera Nobilitate ad *Laurentium Mediceum*, Romae in Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis *Corſini* exſiſtente. En eius verba. „ Na-„ vigaverat autem per ea tempora e Graecia „ in Italiam *Philotimus* Conſtantinopolitanus, „ vir quidem maximis divitiis pollens, et ab „ iis maioribus ortus, quos fama conſtans, „ a priſcis *Conſtantini Caeſaris* temporibus eam „ urbem non ſine dignitate habuiſſe tradebat. „ Adduxerat ſecum *Aretophilum* Athenienſem, „ Philoſophum, hominem quidem obſcuro ge-„ nere, humilique fortuna productum, ſed iis „ litteris, atque eloquentia inſignem, ut, „ quamvis a Stoicis integra ſententia non diſ-„ cederet, antiquam tamen illam Academiam „ et admiraretur, et coleret. Hi quum Ro-„ mam perveniſſent, atque fama de *Petri* „ morte paſſim vagaretur, indoluit ſane *Phi-„ lotimus*, quippe cui vetuſtum ſane, atque „ ſemper obſervatum cum *Coſmo*, *Petroque* „ hoſpitium fuiſſet. Itaque Florentiam prope-„ rat, ut et *Laurentii* maerorem levaret, et „ paternae, avitaeque, hoſpitalitatis iura re-„ novaret. Haec horum, qui Romae erant, „ litteris praedoctus *Laurentius*, ex urbe ad „ IV. uſque lapidem obviam venit, familia-„ riterque exceptum, atque deoſculatum, quum „ prius multa, quae ad adoleſcentis luctum „ levandum pertinere arbitraretur, ipſe lacri-„ mans protuliſſet, multaque de paterna morte „ indoluiſſet, vicemque Reip. quae tam acer-„ bam calamitatem accepiſſet, tamque gra-„ vem omnibus bonis iacturam feciſſet, vehe-„ menter deploraſſet, in urbem, atque ita „ recta domum perduxit etc. (2)

(2) *Gentiles*, *Georgii* de *Becchis* F. Vrbinas, Decretorum Doctor, variis praefectus Eccleſiis in Etruria, Canonicus Flor. atque Piſanus, Pontificius Scriptor, et Familiaris, inter praeſtantiſſimos ſuae aetatis viros omnino eſt recenſendus. Plures illi conſcripſerunt Epiſtolas *Marſ. Ficinus*, *Io. Ant. Campanus*, *Iacobus* Card. Papienſis, *Philelphus*, aliique non pauci. Eius item multa cum laude meminere *Politianus* in ſuis Carmin. *Calderinus* in Ep. Dedic. ad *Martialem*, *Valerius* in Vita *Laurentii Medicei*, *Brutus* in Hiſtor. Flor. Legationes quaſdam egregie geſſit, ut notat *Vghellius* Tom. I. Ital. Sacr. p. CCCCXXXI. Denique ſumma omnium laetitia ad Arretinum Pontificatum evectus eſt. Obiit A. MCCCCXCVII. Vide ea quae diximus Tom. I. p. CLXXXII. n. II.

(3) *Antonius Allius* Flor. Faeſulanus primum Praeſul, ad Volaterranam deinde ſedem tranſlatus eſt A. MCCCCLXXVII. Sepultus in Eccleſia Plebaniae de Impruneta VIII. ab urbe lapide, ubi quondam fuerat Plebanus; in eiuſque magnifico tumulo, elegantiſſimi verſus inſcripti ſunt, quos refert *Caſottus*, de eo non ſemel agens in Hiſtoria ſua De *Virgine Imprunetana*, edita Flor. A. MDCCXIIII.

(4) *Georgius Ant. Veſpuccius* Canonic. Flor. vir Graecae, Latinaeque linguae peritiſſimus fuit. Multa de eo protulimus in Commentario noſtro De *Americo Veſputio* p. XIX. et ſeq.

(5) In Libr. De Vera Nobilitate, et alibi.

(6) De *Io. Argyropulo* ſatis egimus Tom. I. p. LXX. Vide etiam quae ſuperius dicta ſunt p. II.

(7) Vide ſupra p. IX.

(8) Vide p. III.

(9)

(9) L. c.

(10) Ita occaſionem Diſputationis exponit l. c.

(11) Incipit Praefatio *Chriſtophori Landini* in Librum De Vera Nobilitate his verbis - Cum „ noſtrae civitatis vetuſta multis iam ſaecu„ lis monimenta, quam longe poſſum, animo „ repeto, illaque annorum perpetua quadam ſe„ rie, diligenti inveſtigatione perſcrutor, nulla „ omnino domus ex innumeris paene familiis, „ quae multis, magniſque rebus nobilitatae „ ſunt, mihi ſeſe obfert, magne *Laurenti*, „ quam cum tua comparare audeam. Nam „ ſive Reip. varias partes, ſive univerſam Im„ perii adminiſtrationem conſideremus, quae „ iam ullo umquam tempore in civitate noſtra „ fuit, quae tam longo, tam continuato cur„ ſu, tanta denique gloria apud ſuos cives, ſuis „ meritis rei ſummae praefuerit? Nam ut *Ve„ rium*, atque *Sylveſtrum Medices* praeteream, „ qui ſumma ſapientia, ſummaque et apud „ ſuos, et apud exteros auctoritate, tum re„ liquis Reip. vulneribus, tam praeſentanea „ tam ſalutaria, remedia adtulerunt: tum ci„ vilibus diſcordiis, atque ſeditionibus, etiam „ iis temporibus, quibus ſummo ardore, atque „ acerrimis ſtudiis, univerſa Civitas, veluti in„ cendio quodam, conflagraret, ſedandis, com„ ponendiſque rebus, ſumma ingenii pruden„ tia, et animi magnitudine uſi ſunt; ut etiam „ duos *Ioannes* ex eadem domo tranſeam, et „ antiquiorem illum, cuius in bello primo In„ ſubrico, et multa alia quidem ingenii, cor„ poriſque praeclara facinora exſtant etc. -

§. XLII.

§. XLII.

MAxima doctrinarum omnium cognitione *Landinus* mirabiliter instructus, quum eius nominis magna non solum laus, verum etiam esset auctoritas, Epistolam *Paullo Guinigio* Lucensi conscripsit, qua multis ipsum, validisque rationibus redarguit, quod *Guelpham* partem, quae Pontificem sequebatur, palam in sacris Sermonibus nimis acriter, et audacter insectaretur (1). Ex hac quoque *Landini* existimatione factum est, ut *Alphonsus* (2), Siciliae Rex invictissimus, auctor ei fuerit *Plinianae* Historiae e Latino in Thuscum sermonem transferendae. Quod quidem sibi munus impositum, incredibile est, quanto animi studio, ac solicitudine exegerit. Tantum igitur Opus magnificentissime impressum prodiit in folio A. MCCCCLXXIII. (3) *Alphonso* Regi iure optimo nuncupatum (4):

In hoc enim Rege, qui primus Hiſpanici ſanguinis ſtirpem, ut in ea diu regnaret, Italiae inſeruit, nulla civilis, bellicaeque virtutis ornamenta defuerunt. Vigebat in eo perpetuum parandae laudis ſtudium, quam ſingulari, vereque regia in omnes beneficentia, totiuſque aulae ſplendore incomparabili conſequebatur. Quoad porro vixit (vixit autem propter adſidua fere bella laborioſiſſime) nullam ſe maiorem, gratioremque (quod certe in homine Hiſpano mirum videri poſsit) voluptatem capere praedicabat, quam cum virorum inſignium, qui ceteris una praecipue eruditionis commendatione praecellerent, caetus, ac conloquia celebraret. Quapropter condita Bibliotheca ſumtuoſiſsimae ſupellectilis Graecorum, Latinorumque ſcriptorum, rem litterariam, paene intermortuam, non excitare ſolum, verum etiam locupletiorem reddere, mirum in modum nitebatur (s); utpote qui

Ca-

Caſtrenſibus vigiliis ſummum decus in bello adeptus, in ocio quoque, ac per intervalla incertae pacis, uberrimam ex litteris laudem lectitando, audiendoque ſemper adpeteret. Fato conceſsit non plane ſenex, febri conreptus, in quam incidit propter adſidua falconum aucupia, apud Nolanos campos, Sarnenſium paludum inſalubri caelo ſubiectos, quum regnaſſet annos XXII. (6). Et de hoc quidem ſatis. *Landinus* interim quum in morbum incidiſset, *Stephanus* Mediolanenſis ex *Turria* familia, in Piſano Gymnaſio Medicinae Profeſſor, A. MCCCCLXXIII. ut eius ſaluti conſuleret, adcitus fuit, ut patet ex duplici Curatorum Academiae benigna conceſsione, quarum altera VI. Kal. altera III. Nonas Iulii eiuſdem Anni data legitur (7). Quo quidem ex morbo ubi convaluit, ad priſtina ſtudia capeſſenda rurſus animum convertit. Praeter *Plinianae* Hiſtoriae verſionem, etiam *T. Livii* Decadas Italice reddidiſſe *Chriſto-*

phorum, fidem faciunt *Io. Albertus Fabricius* (8). *M. Anton. Sabellicus* (9), & *Franc. Floridus* (10); verum ex istorum simplici mentione nequaquam eruitur, alterum hoc eius Opus in lucem prodiisse; quod magna licet diligentia perveſtigarim, reperire tamen nondum mihi contigit.

(1) In quodam Cod. Chart. *Ant. Mariæ Biscionii* V. Cl. Epistola legitur, hoc prorsus modo exarata -. *Messer* Christophoro Landino *a Maestro* Paolo Guinigi *da Lucca S. dice fatta del mese di Marzo* MCCCCLXXI.

Intesi da molti, che riprendendo tu nelle tue prediche le sette, le quali nelle Città per sedizioni, e gare di Cittadini nascono, etiam la parte de' Guelfi *acerbamente dannasti, il perchè se cerchi spegnere nelle Rep. non solamente le discordie civili, ma etiam le vestigie di quelle, commendo sommamente el tuo buon proposito, perchè è proprio officio di chi predica lo Evangelio, da quello non si partire, nel quale l' autore della nostra salute afferma, che ogni Regno diviso in se, rimarrà dissoluto, e l' una sopra l' altra casa caderà. Preterea dovendo noi sopra ogni altra virtù amare la carità, senza la quale etiam che tutte l' altre virtù possedessi, niente di meno confessa l' Apostolo niuno essere, che non veda, nessuna cosa essere tanto contro alla carità, quanto la discordia, e massime tra' Cittadini: il che può essere notissimo, e per l' autorità di* Salustio, *affer-*

fermando lui, che come per la concordia le cose piccole crescono, così per la discordia le grandi rovinano; per la qual cosa, che tu abbi in abominazione le parti, e le sette nelle Rep. lodo, come ò detto el proposito, e il consiglio tuo, ma che vituperi la parte de' Guelfi *mi duole assai Rev. Padre, che tu sia male informato di quello, il che se ti fusse manifesto, non dubito, che essendo tu uomo veramente buono, e di somma dottrina ornato, e molto religioso, saresti di diversa opinione. Tu danni quella cosa, della quale se l' origine, se il progresso, se il fine ti fussi noto, con ogni generazione di lode alzeresti al Cielo. Tu dici che in una Rep. non debbono essere diverse parti, il che io volentieri ti confermo, ma, non per questo ti concedo, che ogni parte meriti di esser dannata etc. Ma ritorno a* Guelfi, *e in brieve parole udirai l' origine loro. Fù in tempo, nel quale la crudele, e empia casa de'* Barbarossi, *la quale lo imperio non reggieva, ma opprimeva, si levò contro* Iddio, *e il suo* Cristo, *el proposito della quale era l' Apostolica sedia, et il successore di* Piero, *e Vicario d'* Iddio *mandare in ultimo esterminio: in forma che i Sommi Pontefici di quei tempi furono costretti pigliare le pietose armi contro la dispietata, e crudelissima tirannide, e colla forza reprimere la forza. In questi tempi, come il più delle volte interviene nelle cose umane, tutta Italia in due parti si divise, l' una al Sommo Pontefice, l' altra al falso* Cesare *favoreggiando. Imperocchè essendo in tutte le Città d' Italia molti per ricchezza, nobiltà di sangue, e seguito superbi, e quali molto più la pecunia, che la libertà amavano, facilmente si persuasero potere con favore dell' Imp. occupare la tirannide*

nella

nella loro patria, et in questo messono ogni loro cura, e chiamaronsi Ghibellini. *Un altra parte d'uomini era, e quali desideravano, che e nelle loro Rep. vivesse la giustizia, e l'equità; e nella Cattolica Ecclesia el principato, e somma potestà fusse nel Vicario di* Dio. *Questi con ogni industria, e forza la volontà del Sommo Pontefice seguitarono, e furono e* Guelfi *chiamati. Ma lasciando gli altri al presente, solo de' Fiorentini tratteremo. Questi adunque da crudeltà, e perfidia de'* Ghibellini *cacciati dall' antica patria con gran prudenza, e franchezza d' animo, la loro avversa fortuna vinsono, lascio quante nobili pruove in Bologna, quante in Parma, quante in Reggio feciono; ma finalmente in Puglia bene a punto d' arme, e di cavalli arrivarono, dove con gli eserciti del Pontefice accozzati, potissima cagione furono col senno, e con la spada, che* Manfredi *inimico di* Cristo, *e del grembo della Chiesa cacciato, insieme con tutto l' esercito perisse, e tutta l' Apostolica Sedia l' antica sua dignità, e iurisdizione ricuperassi, la qual cosa tanto grata fu al Sommo Pontefice, el quale era* Clemente, *che nella presenza del Collegio de i Cardinali, con somme, e immortali lodi commendò e Fiorentini.* Guelfi, *e a quelli le proprie insegne donò, le quali sono un Aquila rossa sopra un verde drago, concesse loro molti privilegj, volle, che la parte de'* Guelfi *fosse chiamata* Cattolica, *e Cristianissima. Hai dunque l'origine della cosa, etc. Chi non sa quanto sangue per la difensione della libertà, e dell' Apostolica Sedia, e della loro Rep. sparsono e Fiorentini* Guelfi, *in forma che tutti e* Guelfi, *che virilmente combattendo, nella battaglia morirono, benemerito, martiri si possono*

chia-

chiamare. Ma procediamo avanti. Tornarono con ſommo trionfo in Firenze e Guelfi, e la Patria già più anni oppreſſa da crudel Tirannide nella priſtina libertà ridusſono: e conſtituto el domicilio, dove e Capitani de' Guelfi faceſſino reſidenza, la rabbia de' Ghibellini ripreſſono. Molti di quelli, che maggiori delitti avean commeſſo, furono condannati, ma con ſomma clemenza, e maravigliosa manſuetudine. Imperocchè excepto e capi, e principi di quella ſetta, e quali erano ſtati crudeliſſimi, a tutti gli altri infra pochi anni, fu perdonata ogni colpa: et a poco a poco con ſucceſſo di tempo non ſolamente nella Città richiamati, ma ancora a' magiſtrati, e all' altre pubbliche onoranze aſſunti; in forma che ne' noſtri tempi neſſuno per Ghibellino è conoſciuto, ma tutti nel grembo de' Guelfi ricevuti, di tutte le dignità inſieme con quelli partecipano. Imperecchè ſempre oſſervò queſta inclita parte quello che per ſomma laude a Romani Virgilio attribuiſce, il che è in ſomma perdonare a chi ſi ſottomette, e con franco animo levarſi contro a' ſuperbi. Potrei molte altre coſe riferire de' loro ottimi inſtituti, ma queſto è tra' primi, che qualunque quel Magiſtrato piglia, con ſolenne ſacramento giura, che l'Apoſtolica Sedia ſempre avranno in reverenza, le vedove, i pupilli, e tutti gl' uomini men potenti difenderanno, favoreggieranno la giuſtizia, vieteranno le rapine, l' unione, e la concordia nella Rep. nutriranno, e che e tempi di Dio, de' quali molti hanno in tutela, ſiano nelle coſe divine, e umane bene amminiſtrati, cureranno colle ſue ricchezze, le quali già furono molte, e ſpeſſe volte alla Rep. ſovvenne la Guelfa parte, e inverſo de' poveri

ſempre è ſtata liberaliſſima ; e in queſti tempi gran parte ne' pubblici Navigi ſe ne ſpende , e tanto gli rimane , quanto alle ſpeſe neceſſarie baſti , e niente di meno : ſe alcuna coſa avanza , pietoſamente ſi diſpenſa . Vive del ſuo queſt' inclita Caſa , a neſſuno toglie , niuno offende , a molti giova , e quelli che la ſervono , colle ſue entrate paga , in forma che molti huomini , con le moglie , e con i figliuoli ſoſtenta la Città in molte coſe , onora per lei , l' amicizia di molti principi , e popoli ſi mantiene , molti Cittadini co' ſuoi Magiſtrati conſola , e quali ſenza quelli ſi ſtimerebbero foreſtieri . Ma potreſti dire , che non ti piaceſſi in una libera Rep. il nome di parte reſti , ne a me piacerebbe , ſe queſta foſſe tal parte nella Città , che il popolo in due ſette ſi foſſe diviſo : Ma tutto il popolo d' un animo , e d' un volere fa profeſſione eſſere quella parte de' Criſtiani , la quale ſia ſempre pronta , ſecondo e precetti de' ſuoi antichi , difendere l' autorità della Sedia Apoſtolica , e la propria libertà , il perchè mentre che queſto glorioſo Seggio durerà , ſarà ſempre ottimo exemplo , che el Popolo Fiorentino ſeguiti le veſtigie de' preclariſſimi fondatori di quello . Voglio adunque tutte queſte coſe ti ſieno note , acciocchè per la tua prudenza , et equità muti l' opinione , la quale della coſa de' Guelfi avevi etc. Bene vale , e nell' orazioni ricordati di me , il quale te , e perchè ſei uomo , et buono uomo , amo , e perchè ſei dotto , t' ò in riverenza , e perchè ſei molto religioſo , come Rev. Padre ti onorò .

(2) Quum ille Princeps litteratiſſimus eſſet , noſtraque in urbe ea tempeſtate viri doctiſſimi quamplures florerent , non poterat non

in

in deliciis habere Florentinos *Alphonſus*, plurimiſque eos beneficiis cumulare; praecipue quum, et ipſe a Florentinis praeſidii non parum adcepiſſet, ut patet ex Epiſtola quadam *Io. Lanfredini*, autographa in noſtra Bibliotheca, quam publici quoque iuris fecimus in noſtra Veterum Monimentorum Conlectione.

(3) Impreſſum fuit Romae in Aedibus *Maximi* cum hoc titulo - *Iſtoria di* Caio Plinio *ſecondo delle Coſe Naturali tradotta da* Criſtoforo Landino - Vide Biblioth. Italicam Praeſulis *Iuſti Fontanini*. Doctiſſimus Marchio *Scipio Maffeius* in Libro cui titulus: *Traduttori Italiani, o ſia notizia de' volgarizamenti di antichi Scrittori Latini, e Greci, che ſono in luce* : pag. VII. Opus hoc, hiſce verbis indicat - Plinio *da* Criſtoforo Landino *Ven.* MCCCCLXXVI. *per* Niccolò Ienſon *con la magnificenza, e pulitezza di quelle ſtampe. Profeßa il* Landino *nella Dedicatoria a* Ferdinando *Re di Napoli di aver tradotto per comando di eſſo Re* - De reliquis operis huius editionibus tum verba faciemus, cum *Landini* Operum Catalogum in calce Libri exhibebimus. Animadvertere tantum ſubficiat, de admirabili hoc opere obloquutum fuiſſe *Anonimum Vtopienſem* in Libello, vulgo inſcripto: *La Sferza degli Scrittori*, pag. XVII. a tergo, hiſce verbis - *Ma che vi pare di queſto* Criſtofano Landino, *il quale nel tradur* Plinio, *fece* DCC. *falli notati per difetto della ſua ſtomacoſa impreſa dal* Poliziano, *e dal buon* Pico ? - Quod et obſervavit *Ioſeph Mannuccius* pag. LXVII. *Delle giunte alle glorie del Cluſentino*.

(4) Vt id eo magis confirmem, ipſiſſima

Landini verba adferam, quae ita ſeſe habent in Prooemio Operis - *Di neſſuna coſa, Sereniſſimo, et invittiſſimo Re* Ferdinando *ec.* inferius - *Chi non intenderà, quanti ſiano i meriti di* Caio Plinio *ſecondo inverſo quegli, i quali hanno cognitione delle Latine lettere, havendo lui in ſei et trenta libri tutto queſto ordine compreſo? Ma ſenza dubbio alcuno in neſſuna parte ſi dimoſtra minore la liberaliſſima tua clementia, invictiſſimo Re* Ferdinando, *el quale conoſcendo gran parte degli uomini eſſere ignari delle Latine lettere, hai voluto ancora in queſta parte ſovvenire a quegli, e dare opera, che* Plinio *di Latino diventi Toſcano, et di Romano Fiorentino, acciocchè eſſendo ſcripto in lingua comune a tutta Italia, et a molte externe nationi aſſai famigliare, l' opera tua giovi a molti etc.* Memoratis deinde Principis rebus geſtis, ita ſubdit - *Et al preſente intendendo quanto ſia utile, et gioconda la cognitione delle coſe ſcripte da* Plinio *per farle comuni a quelli, che non ſanno le Latine lettere, hai voluto, che io in lingua Fiorentina le trasferiſca. Il che ſe non ho fatto con quella celerità, deſiderava la Tua Sacra Maeſtà, perdonerà alle occupationi mie, imperocchè quando queſta provincia mi imponeſti, non havevo ancora condotto al debito fine i IV. Libri Latini in Dialogo Latino, intitolati al mio Ceſareo, et Invictiſſimo* Federigo *Principe degli Urbinati, le cui credibili, ſtupende, innumere, et varie virtù, et l' Aleſſandrina liberalità verſo di me, mi infiammano ogni giorno più a celebrare le ſue laude. Dipoi finito queſto libro, niente di tempo intermeſſi, infino che ſi lunga, et varia opera conduſſi a fine.*

(5)

(5) *Theophilus Spizelius* in Dissertatione Praeliminari ad Sacram Bibliothecam, Augustae Vindelic. A. MDCLXVIII. ait - Eadem er- „ ga litteras propensione, atque in MSS. Codi- „ ces existimatione, *Alphonsus* Aragonum Rex „ de exstruenda Bibliotheca admodum solici- „ tus, recepit a *Cosmo Medice* Florentino Prin- „ cipe, quas dono obferebat, *Livii* Decadas - Egregium hoc *Alphonsi* facinus, quoniam de eo sermo incidit, referendum putavi, ex *Petri Crinitii* Libro XVIII. *De Honesta Disciplina*, Cap. IX. desumtum, cui sequens ab eo praefigitur titulus - Egregie factum a Rege *Al-* „ *phonso* in legenda *Livii* Historia contra im- „ perium Medicorum, et de simultate inter „ eum, et *Cosmam Medicem*.

„ Minus indignum fore putamus, neque im- „ probandum ab iis, qui paullo humaniores sunt, „ si et eorum exempla in litteras referamus, qui- „ bus maiores nostri etiam viventibus plurimum „ concesserunt. Solent enim quidam sic in om- „ nes antiquitatem admirari, ut ingenium, resque „ gestas, iuniorum prorsus despiciant. Sed „ aetate quidem superiori exstiterunt viri ali- „ quot magno animo, et egregia prudentia, „ cuiusmodi habiti sunt, *Alphonsus* Rex Nea- „ politanus, *Franciscus Sforzia*, *Othomanus* Tur- „ carum Princeps, et *Cosmas Medices*: de qui- „ bus si quando incidit, nonnulla a nobis re- „ lata sunt. Sed illud celebre *Alphonsi* Regis „ de *Liviana* Historia visum est, quod hoc „ loco legeretur. Nam quum inter *Cosmam* „ *Medicem*, maximae auctoritatis virum, et *Al-* „ *phonsum* Regem, suborta simultas credere- „ tur, misit muneri *Alphonso Cosmas T. Livii*

„ Commentarios: librum quidem, ut par eſt,
„ quam ornatiſſimum: quoniam Rex idem *Li-*
„ *vianae* Hiſtoriae maxime fuit ſtudioſus. Id
„ autem quum Medici Regis, qui aderant, in-
„ telligerent, ſtatim *Alphonſo* imperant, ut cau-
„ tim agat cum Flor. ingenio, neque ullo
„ modo librum adtingat, librum illum ab ho-
„ ſte miſſum, in eoque venenum obcultari
„ poſſe, atque inter legendum contrahi. Qui-
„ bus auditis, *Alphonſus* adtentior factus eſt,
„ quaſi adſentiri monentibus videretur. Sed
„ ecce interim *Livianum* opus in medium ad-
„ fertur: quod ubi Rex caepit adſpicere, no-
„ lentibus Medicis aperuit, legit, evolvit:
„ ſimulque, ut homo ſummi ſpiritus, Inepti-
„ re, inquit, deſinite: nam Regis animus haud
„ privati cuiuſpiam regitur arbitrio: nec enim
„ de nihilo dicebat *Homerus*, ſub *Iovis* cly-
„ peo, ac patrocinio verſari Principes. Itaque
„ *Ioannes* Roman. Pont. in Ep. ad Imp. *Iuſti-*
„ *nianum* vetus illud ex Hiſtoria Sacra mutua-
„ tus eſt: *Cor Regis in manu Dei*.

(6) Ita *Paullus Iovius* in Elog. Vide etiam *Barptol. Facium* De Viris Illuſtr. p. LXXVI.

(7) Conſule Cl. *Stephanum Mar. Fabbruccium* in Recenſ. Conductionum. p. LII. §. X. et ſeq.

(8) *Fabricius* ad *T. Livium*: „ Italice pri-
„ dem vertit praeter *Chriſtophorum Landinum*,
„ *Rugerus Ferrarius*, ut notatum a *Lambecio*
„ Lib. II. Bibl. Vindob. pag. DCDXLVII. Prodiit
„ eius *Livius* Romae MCCCCLXXVI. fol. III. Vol.
„ atque exinde Venetiis.

(9) *Sabellicus* in Dialogis *De Linguae Latinae Reparatione*.

(10) *Franciſcus Floridus Sabinus*, pueriliter

poſt

poſt Quaeſtionum Camaldulenſium inriſionem, haec habet in Lectionibus Subſecivis - In frequenti ocioſarum mulierum concione, quibus ne deeſſet, quod ante focum bene potae garrirent, *T. Livium*, maioremque *Plinium*, graviſſimos, et elegantiſſimos auctores, in vulgarem linguam convertit; ut inter lanas de antiquorum geſtis differere, et Orbis ſitum, Solisque, ac Lunae meatus fuſis in cinere deſcribere poſſent - Ad *Landini* gloriam labefactandam adcedit *Raphael* Volaterranus Commentar. Vrbanor. Lib. XXI. his verbis - *Chriſtophorus Landinus*, quamquam ingenio ſupradictis (ſcilicet *Ficino*, et *Politiano*) inferior, iuventuti tamen Florentiae, Latina docendo, admodum profuit, nec Graeca penitus ignoravit - Cl. Marchio *Scipio Maffeius* in Libello citato p. LXXX. ita de huiuſmodi verſione ſentit.

T. Livio

Terza e quarta Deca, ſenza nome, Roma MCCCCLXXVI. *Ven.* MCCCCLXXVIII. MCCCCLXXXI. Alberto Fabrizio *ne crede autore* Ruggero Ferrari *ſoſcritto a un Codice Ceſareo del* MCCCCXLVIII. *preſſo il* Lambecio; *ma quella mi parrebbe nota anzi di traſcrittore, che di traduttore. Altre ne citano il* Salviati; *e il vocabolario. Una delle vecchie verſioni della prima Deca fu creduta dal* Bembo *opera del* Boccaccio. *Si trova ancora. Ven.* MCCCCXCIII. *quaſi intero. Le Deche emendate, ed eziandio in molti luoghi ritradotte, aggiunto il terzo libro, e la quinta Deca, Ven.* MDXXXV. *in* IV. *Da* Iacopo Nardi: *l'edizione terza* MDLIV. *fogl. fu migliorata dall' autore: In quella del* MDLXXV. *ſi dice, che il ſupplemento della ſeconda Deca, è di* Franceſco Turchi. *Fu anche*

trasportato da Cristoforo Landino, *lasciando le fatiche del Segretario Fiorentino, e di altri sopra questo autore*. Mannuccius quoque *p.* LXVII. *Lib. cit.* haec habet, *Tradusse in nostra lingua* Tito Livio, *per quello asserisce il* Sabellico *nel Dial.* De Ling. Lat. reparat. *ove in qualche cosa lo loda, e in qualche altra lo biasima, della qual traduzione non ne fa menzione l'allegato* Poccianti. -

§. XLIII.

TAntorum itaque Principum favore, atque patrocinio subfultus, Anno circiter MCCCCLXXX. magnum aliud opus meditari caepit *Landinus*; nam quum abdita *Maronis* sensa Dissertationibus Camaldulensibus, ac locupletissimo commentario inlustrasset, amici illum, ut *Dantis* quoque, qui *Maronem* in suo volumine ducem sequitur, easdem prosequeretur allegorias, enixe rogarunt (1): praecipue quum in Florentino Atheneo doctissimas in Poema illud disceptationes iam elucubrasset (2). Nam quum multa in eius libris deprehendantur, quae

et

et ſapientiſſime excogitata, et diſtincte conlocata ſunt, a pleriſque tamen noſtrorum civium ignorata, placuit, iis, qui neque Graecis, neque Latinis litteris ſatis inſtructi eſſent, ſapientiae ſimul, et eloquentiae vim in propatulo conlocare (3). Et profecto, divino prorſus numine tantum opus abſolvit, illudque habita oratione (4) Florentinis Civibus conſecravit Anno MCCCCLXXXI. (5). Ex eo patriam hiſtoriam agnoſcere poſſumus, deſcriptiones temporum, Haereſiarcharum ſeriem, Sacrorum iura, domeſticam, et bellicam diſciplinam, ſedem plurium regionum, et locorum, denique omnium fere divinarum, humanarumque rerum nomina, genera, officia, et cauſſas. Cum *Dante* enim, mare, terras, caelumque conluſtrat, et ad ſuperos paullatim adſcendens, quidquid in Lunae, quidquid in Mercurii, quidquid in Veneris ſit orbibus, iuxta illorum temporum ſententias, demonſtrat: am-

bitum Solis ingreſſus, magnitudinem, aeternamque eius lucem admiratur. Atque haec ſingula tam clare proſequitur, ut quibus inde nos igniculis ad beatam vitam adſequendam incendamur, non mentibus ſolum noſtris, verum oculis quoque ſubiiciat. Ad ſupremas denique Caeleſtium ſedes penetrat, et ad Dei thronum ſempiternum adſcendit. Apologiam, in qua Florentinos ab obtrectatorum calumniis vindicat, tanto operi praemiſit auctor (6): tum Poetae ipſius geſta brevi commentario perſequitur. *Marſilii* deinde *Ficini* Epiſtola quaedam impreſſa legitur, in qua Florentia iamdiu maeſta, ſed tandem laeta, *Danti* ſuo *Aligherio* poſt duo ferme ſaecula iam redivivo, et patriae reſtituto, ac denique coronato gratulatur (7). Splendida eſt editio, nitidiſſima charta, et perquam elegantibus typis excuſa, lectoriſque oculos ea iucunditate adficit, ut parum abſit, quin de hac editione dici

poſſe

poſſe exiſtimem, quod de *Ioſephi*, et *Philonis* operibus, in Gallia, et Germania excuſis, pronunciavit *Michael Neander* (8); ea ſcilicet ſcripta adeo pulcris typis eſſe expreſſa, ut ſi Angelis tales litterae pingendae eſſent, non ſint picturi pulcriores. Quanti tantum opus ab omnibus factum fuerit, praeter diverſas, tum ſynchronorum, tum recentiorum ſententias, quarum nonnullas referre, haud ſupervacaneum putavi, ex eo etiam coniici poteſt, quod Florentina Civitas ea occaſione *Dantem* perpetuo exſilio damnatum, publico decreto, poſt duo ab eius obitu ſaecula, maximo omnium plauſu, revocaverit (9); ſtatuit enim, ut in Templo D. *Ioannis*, eius ſimulacrum laurea corona donaretur; quemadmodum ſibimetipſi in XXV. Paradiſi Cantu, multo ante praedixerat (10): Quod quidem Florentinae Civitatis gaudium eleganter, et, ut ita dicam, graphice a *Marſilio Ficino* Epiſtola ſupra

pra relata, quae etiam inter *Ficini* Epiſtolas legitur, ad perpetuum tam praeclari honoris monumentum impreſſa, deſcribitur. Omnes denique litterati viri tam inſigne *Landini* opus ad caelum uſque ſummis laudibus extulerunt (11), eoque plurimum, et ii, qui *Dantem* poſtea novis animadverſionibus inluſtrarunt, veluti acutiſſimi interpretis teſtimonio, uſi fuere.

(1) En *Landini* verba in Epiſtola nuncupatoria ad *Petrum Mediceum*, praemiſſa Interpretationibus *Virgilianis* - Sed de ſenſu illo interno, quod ego iudicarem, a nobis in duobus ultimis libris, qui ſub titulo Camaldulenſium Diſputationum, in lucem venerunt, pro viribus ingenii, ut paullo ſupra diximus, demonſtratum eſt. Quos Libros cum edidiſſem, rogarunt me amici tui, ut *Dantis* quoque Florentini, qui *Maronem* in ſuo volumine ducem ſequitur, eaſdem proſequerer allegorias - Anno vero MCCCCLXXX. *Dantis* Poema ſeſe inluſtraſſe iis innuit verbis, quae in C. I. Inferni, verſu *El Sol montava ec.* adnotavit; ita enim inquit - *Ma nel preſente anno* MCCCCLXXX. *el Sole entra di Marzo nell' Ariete* - Et inferius verſu - *Riſpoſemi non uom ec.* - de *Virgilii* die natalitio agens - *Sono adunque anni* MDXXII. *in queſt' anno* MCCCCLXXX.

(2)

(2) Prima *Landini* oratio habita in publico Lyceo MS. exſtat in memorato Cod. Chartac. in 1v. apud Cl. *Antonium Mariam Biſcionium*, quae ita incipit - *Avendo con tempo per mio giudicio, preſtantiſſimi Cittadini, quanto per conſiglio di chi nè di prudenza manca, nè d'autorità meſſomi a tale impreſa, quale a ogni docto onorificentiſſima, ma a me nè di doctrina, nè di eloquenza ornato non vacua di temerità forſe imputare ſi potrebbe; ho giudicato, nè all'uficio mio eſſere alieno, ne agl'orecchi voſtri non giocondo, ſe innanzi che alla eſpoſizione di queſto preclariſſimo, e divino Poema di* Dante *mi conduce, con quanto più poſſo brievi parole vi dimoſtri, non ſolamente che coſa ſia poeſia, onde abbia ſua origine, onde ſia detto poeta etc.* - ita vero explicit - *Ma la brevità del tempo, e le voſtre molte occupazioni m'ammoniſcono, che più toſto a voi volgendomi, con quanto più poſſo onorificentiſſime parole infinite grazie vi renda, che colla voſtra autorità, e preſenza vi ſete degnati queſto mio primo ingreſſo, e principio onorare: della qual coſa tanto obbligato vi reſto, quanto più toſto coll'opere, che colle parole dimoſtrarvi deſidero. Adunque imponendo quì fine, la eſpoſizione del teſto nel ſeguente dì ſi trasferiſca.*

(3) Id noſter teſtatur in Prooemio ad Interpretationes *Horatii* ad *Guidonem Feltrium*, et in Prooemio *Dantis* operi praemiſſo.

(4) Edita exſtat Oratio ſine ullo anni indicio cum hoc titulo - *Orazione di Meſſer* Chriſtophoro Landino *Fiorentino bavuta alla Illuſtriſſima Signoria Fiorentina, quando preſentò el Comento di* Dante - Incipit - *Dimoſtrono tutti e Filoſofi, Excelſi et Illuſtriſſimi Signori noſtri ec.* -

(5)

(5) In fine operis legitur -

FINE DEL COMENTO DI CHRISTO PHORO LANDINO FIOREN TINO SOPRA LA COMEDIA DI DAN THE POETA EXCELLENTIS SIMO ET IMPRESSO IN FIRENZE PER NICHOLO' DI LORENZO DELLA MAGNA A DI XXX. DA GOSTO. M.CCCC.LXXXI.

(6) *Antonius Teißerus* in catalogo Auctorum, et Bibliothecarum de memorato opuſculo haec habet - *Chriſtophorus Landinus* Flor. „ edidit Italice Tractatum De Florentinis ex„ cellentibus in Doctrina, in Eloquentia, in „ Muſica, in Pictura, et Sculptura, in Jure „ Civili, in Mercatura, et *Dantis Aligerii* „ vitam praemiſſam *Dantis* operibus ab eo„ dem *Landino* commentariis illuſtratis in IV. „ Venetiis per *Bernardinum Stagninum* MDXX. -

(7) Epiſtola *Ficini* eſt quae ſequitur - Flo„ rentia iamdiu maeſta, ſed tandem laeta, „ *Danti* ſuo *Aligherio* poſt duo ferme ſaecula „ iam redivivo, et in Patriam reſtituto, ac de„ nique coronato congratulatur.

„ Vaticinatus es quondam, mi *Dantes*, in „ exilio conſtitutus, fore tempus, quo pietas ſu„ perans impietatem feliciter Te Patriae redde„ ret, atque in excelſa *Baptiſtae Ioannis* aede „ ſertis *Apollineis* coronaret; non fruſtra augu„ rium vani docuere Parentes. Siquidem nu-

per

„ per Tuus Pater *Apollo*, et longum fletum
„ meum, et diuturnum Tuum exilium miſera-
„ tus, mandavit *Mercurio*, ut pie *Chriſtophori*
„ *Landini* divini vatis menti prorſus illabere-
„ tur, *Landineoſque* vultus indutus, alma pri-
„ mum virga dormientem Te ſuſcitaret: dein-
„ de alarum remigio Te ſublatum maeni-
„ bus Florentinis inferret: denique *Phoebea*
„ Tibi lauro tempora redimiret. Hodie tan-
„ dem divinitus impletum eſt mandatum *Phoe-*
„ *bi*, *Mercurii*, *Landinique* pium opus, vati-
„ cinium *Dantis*, Florentiae votum. Veniſti
„ tandem, iter monſtrante *Minerva*, viae duce
„ *Mercurio*, clariſſima Poetarum omnium co-
„ mitante caterva. Denique ingredientem Gra-
„ tiae Te feliciter exceperunt. Amplexus et
„ obſcula Tibi Pierides, Tibi Nymphae dedere.
„ Veniſti tandem, modoque expectata Parenti
„ Vicit iter durum Pietas. Datur ora tueri,
„ Nate, Tua, et notas audire, et reddere vo-
„ ces. Sic equidem ducebam animo, rebarque
„ futurum, Tempora dinumerans, nec me mea
„ cura fefellit. O quam pulchriorem, quamve
„ beatiorem nunc Te dulcis nate recipio,
„ quam amiſerim! converſus eſt Tibi morta-
„ lis prior ille vultus, in immortalem, at-
„ que divinum. Converſa Florentia, ut nox
„ in diem. Converſus Florentinis Tuis maeror
„ omnis in gaudium. Gaudete omnes, et
„ exultate feliciſſimi Cives, quibus iam mi-
„ rabiliter pro uno ſole, ſol geminus oritur:
„ neque flammis tamen, ſed radiis geminatis.
„ Hodie felicitati veſtrae Caelum ipſum, non-
„ ne videtis? apertiſſime gratulatur. Suſpicite
„ Caelum parumper, ſuſpicite Caelum. Ecce

„ nunc,

„ nunc, ecce, dum noſter hic coronatur *Dan-*
„ *tes*, panditur interea domus omnipotentis
„ Olympi, empyrei caeli flammae nullis am-
„ plius viſae, hodie nobis manifeſte coruſcant
„ coronato *Danti* gratulabundae. Proinde quem-
„ nam putatis eſſe tantum hunc, tam no-
„ vum, tam dulcem ſonum, aures nunc ve-
„ ſtras implentem? Profecto ſonus Propheta-
„ rum, Muſarumque novem nullis alias au-
„ ditus ſaeculis, hodie palam coronationi
„ *Dantis* applaudit. Eia audite dulces Domi-
„ nationum cantus a *Phoebi* globo: audite rur-
„ ſum miros Archangelorum hymnos, ab ipſo
„ *Mercurii* globo canentium: Gloria in excel-
„ ſis *Apollini* ſummo, Gloria Muſis: Gloria
„ Gratiis, Pax, Laetitia, Felicitas Florenti-
„ nis, gemino iam Sole gaudentibus.

(8) In Praefat. Theolog. *Bernhardi*, et *Thauleri* praemiſſa.

(9) *Iulius Niger* in Hiſtor. Script. Florent. verbo *Dante*. *E quaſi foſſe ſtancata, o pentita Firenze della ſua durezza verſo un ſuo sì degno cittadino, non avendo voluto riaverlo vivo, nè potuto ricuperare morto, quaſi dugent' anni dopo il ſuo eſiglio, con un pubblico decreto del Senato richiamandolo, lo reſtituì al ſuo ſeno, l' abilitò a tutte le cariche, e a tutti i privilegii, e per compimento della ſua gratitudine ec.*

(10) Cantu XXV. Par.

Se mai contiga, che 'l Poema ſacro,
Al quale ha poſto mano, e cielo, e terra,
E che mi ha fatto per più anni macro,

Vinca

Vinca la crudeltà, che fuor mi ſerra
Del bello ovile, ove i' dormì agnello,
Nimico a' Lupi, che li danno guerra,
Con altra voce homai, con altro vello
Ritornerò Poeta, et in ſul fonte
Del mio Batteſmo prenderò il capello.
Perochè nella fede, che fa conte
L' anime a Dio, quivi entrai, e poi
Pietro *per lei ſi mi girò la fronte.*

Huiuſmodi in Patriam reſtitutionem indicaſſe videtur *Hieronymus Benivienius* in Carmine quodam impreſſo ante *Dantis* opus a *Philippo Iuncta* A. MDVI. cum hoc titulo - *Cantico di* Hieronimo Benivieni *Cittadino Fiorentino in laude dello excellentiſſimo Poeta* Dante Alighieri, *et della ſeguente Commedia da lui divinamente compoſta*: - ſub finem Carminis ita *Dantem Benivienius* adloquitur -

La Patria, che a me madre, a Te noverca
Fù, et non è, con ſi benigno ſtile
Hor le ſue condition travaglia, e merca,
Che ſuo fero Leon, che ogn' altro a vile
Haver ſolea, et che ſi crudo, et acro
Fù in Te, or come agnel s' è fatto umile,
Che 'l dolce ſuon del tuo Poema ſacro,
Al quale ha poſto mano et cielo, et terra,
E che molti anni già ti fece macro,
Vinta d' la crudeltà, che allor ti ſerra
Fuor dello ovile, ove dormivi agnello,
Nimico a' Lupi, che gli facien guerra.
Onde hor non pur ſotto il ſuo grato vello
T'accoglie, e nel ſuo ſen, ma del tuo pregio,
Della tua gloria ogn' or ſi fa più bello.

Quinci

Quinci non ſol gli cuor del ſuo collegio ,
Ma le porte , li muri , i pavimenti
Dell' immagine tua s' an fatto fregio .

(11) *Antonius Manetti* Florentinus in Dialogo , cui titulum fecit - *Circa al ſito , forma , e miſura dello Inferno di* Dante Alighieri *Poeta excellentiſſimo . Interlocutori* Antonio Detto , e Hieronimo Benivieni - impreſſo Florentiae per *Philippum Iunctam* A. MDVI. die XX. Auguſti . Et in altero Dialogo , in quo loquentes inducuntur *Hieronymus Benivienius* , *Antonius Migliorottius* , et *Franciſcus* a *Meleto* . *Vgolinus Verinus* De Illuſtratione Vrbis Flor.

„ Tu vates pariter lyricos , elegoſque ſonantes
„ Fingis , et enodas obſcura aenigmata *Dantis* .

tum in elegia quadam Tom. I. p. 176. a nobis relata ita ad hanc rem . -

„ Fidus es interpres vatum , *Landine* Poeta .
„ In dubio proſa promptior , anne pede :
„ Explicuit nobis obſcura volumina *Dantis* ,
„ Aeternaeque animae nobile fecit opus etc. -

Ioannes Trithemius in catalogo *De Scriptoribus Eccleſiaſticis* , de eius commentario mentionem facit , ſicut et alii , qui *Landini* operum Catalogum prodiderunt .

Io. vero *Matthaeus Thuſcanus in Peplo Italiae* lib. I. c. XLV. hoc in eius laudem Epigr. adpoſuit .

Chriſt. Landinus .

„ Aurea quid prodeſt caecis retruſa cavernis
„ Vena , niſi hanc ſolers eruat arte labor ?

„ Ni

„ Ni *Landinus* idem praestaret, carmina *Dantis*,
„ Fulva velut terris abdita vena, forent.
„ Nam sophiae tegitur verborum cortice duro
„ Nucleus, et ceris abdita mella latent.
„ Eruit ille aurum venis, testaque medullam
„ Excutit, è cera mellea dona liquans.
„ Plus huic nostra igitur debent, quã saecula *Dantis*,
„ Dum dat, quas *Dantes* ipse negavit, opes.

„ *Landinus* Florentinus Philosophiae, Poetices-
„ que illustre ornamentum, Latinis commen-
„ tariis *Virgilium*, et *Horatium* exornavit. Scri-
„ psit praeterea Camaldulenses Disputationes, et
„ Ethica. In primis vero in pretio habentur,
„ quibus *Dantem* obscurissimum Poetam illustra-
„ vit, recondita eruditione referti commentarii.
Leander Alberti in Descriptione Italiaus p. XLIII.
„ Christoforo Landino, *dal quale furono copiosa-*
mente, e dottamente chiosate le Commedie di Dante
con Virgilio, et p. XLIV. *Altri assai singolari Uomini*
ha prodotto questa Patria, che troppo lungo sarei in
nominarli, ma chi vago di così fatte cose vorrà vedere,
legga le Chiose di Cristoforo Landino *sopra* Dante.
Barptolemaeus Baphius in Oratione de Florenti-
nae Vrbis Felicitate - *Christophorus* vero *Landi-*
„ *nus* ingenuis artibus instructus, quod speci-
„ men suae virtutis non dedit, cum supet
„ *Dantis* opera subtilia, et limata commen-
„ taria conscripsit, et alia multa in lucem de-
„ dit? - *Io. Bapt. Donius* in sua Bibliotheca, lit. C.

Cristoforo Landino.

Chi non a letto il Comento del Landino *so-*
pra Dante, *non a veduto una delle dotte cose,*
che sia stato fatto mai, nel qual si comprende

la virtù grande, e la ſapienza dell' autore, e ſi guſta la dottrina del Comentatore, opera veramente di fatica d' intelletto, e piena d' intelligenza. *Hieronymus Ghilinius* in Theatr. Viror. Ill. p. XLII.

Criſtoforo Landino.

Cedano tutti i Profeſſori di far comenti ſopra a buoni autori a Criſtoforo Landino *nato in Fiorenza; poichè non è mai ſtato alcuno in quella profeſſione, che abbia con maggior ſottigliezza interpretata la grande opera di* Dante Alighieri, *che per l' eccellenza del ſuo dotto ingegno ſi è meritato tra gli Italiani Poeti unico luogo, di quello che egli fece, il cui comento ſopra quel dottiſſimo Autore chi non ha letto, privo rimane di aver veduta una delle belle opere, che ancor oggidì ſiano in ſimile materia uſcite alla luce, nella quale non ſolo ſi comprende la dottrina profondiſſima del* Dante *per tutto ſparſa in quella ſua profondiſſima* Commedia *in tre parti diviſa, e di* Platonici *concetti ſommamente adorna, ma ſi guſta anco la varia, e dilettevole dottrina del* Landino, *la cui famoſa, e faticoſa opera intorno a quella eſpoſizione beniſſimo dimoſtra, di quanto ſublime intelletto, e di quanto grande intelligenza egli dotato foſſe. Et eſſendo ſtraordinariamente difficile il Poema di* Dante, *ſtraordinaria deve ragionevolmente eſſer la lode dello eſpoſitore, e ſiccome il ſuo comento viverà eternamente preſſo gli uomini letterati, così egli ſarà del continuo con meritati onori celebrato non ſolo per la ſuddetta opera, ma anco per le altre, che vanno attorno, cioè:*

Degli Abiti, e de' Magiſtrati di Fiorenza.

I Dialoghi dell'anima.

Le Queſtioni Camaldoleſi della vita attiva, e contemplativa, e del ſommo bene.

I Commentari ſopra *Virgilio*, e *Orazio*; e la Morale.

Cinellius in Schedis MSS. Hiſt. Litter. Flor. in verbo *Landinus* - *Acciocchè* Dante *fuſſe in Patria rimeſſo, benchè morto, ancorchè invano, molte adoperoſſi, ma quella grazia, che e' non potè fargli ottenere nella perſona molti anni prima morta, come non ſtanco di favorir l' amico, del quale l' opere ſommamente amava, procurò le ſue ceneri onorare con fargli ottenere la corona di Lauro, come Poeta, come pubblicamente per decreto ſeguì nel tempio di* S. Gio. Batiſta. - *Coſmas* denique *Rena* in ſuo de antiquis Etruriae Ducibus, ac Marchionibus libro, *Landini* plurimum auctoritate utitur. Verum inter quamplurimos huius operis laudatores vir unus exſtitit ſane teterrimus, qui ſub ficto nomine *Anonimi Vtopienſis* libellum ſcripſit, cum hoc tit. *La sferza degli Scrittori*: hunc igitur p. xx. de *Dante* noſtro verba dum faceret, in illum non puduit talia effutire - *Grande ardire per certo ebbe* Criſtofano Landino *a voler eſporre le coſtui bizzarriſſime chimere, e fantaſtiche viſioni; ma a qual coſa è egli finalmente buono? forſi per rapolirci la lingua con que' ſuoi vocaboli contadineſchi, Romagnuoli, Lombardi, e Calavreſi? fu coſtui veramente un diabolico intelletto, e di lingua latina al tutto ignorante.* - *Fontaninius* vero in Eloquio Italico p. cxxxi. Lib. II. c. xiii. *Landinum* carpit, eo quod vitam *Dantis* ab *Arretino* conſcriptam, deſumſerit, et ante ſua in *Dantem* commentaria ediderit,

§. XLIV.

SEnatus, Populuſque Florentinus beneficii memor, quod et *Dantem* priſtino ſplendori, patriaeque reddidiſſet *Landinus* (1), totque ad eius laudem, decuſque non ſervandum modo, verum etiam amplificandum non ſine maxima omnium admiratione geſſiſſet; nec non, quanta eius in adoleſcentibus bonis artibus egregiè inſtruendis cura, ſtudiumque antea fuiſſet, quotidieque eſſet, animadvertens, magnificas illi aedes in oppido ad Collem ſito in agro Caſentinate dono dedit (2), ſummiſque praeterea honoribus inſignivit.

(1) Ipſum *Dantis* exemplar rubeo ac villoſo ſerico involutum, et argenteis laminis, ac Reip. Flor. inſignibus exornatum exſtat in Biblioth. *Magliabechiana*.

(2) In Poemate de Bello Campaldinenſi, MS. apud *Ambroſios*, ubi de *Dante*, qui adhuc iuvenis in hoc bello pugnaverat, mentio obcurrit, haec margini adſcripta reperio. *Mes.* Criſtofano Landini *comenta la grande, et oſcura opera di* Dante Alighieri, *e la dedica alla Rep. Fiorentina l'A.* MCCCCLXXXI. *e in premio*

mio gli donò il palazzo nel Borgo alla Collina in Casentino, sulle mura Castellane, e dove si morì l' Anno MDIIII. *di anni* LXXX. *nella qual Chiesa è sepolto sopra terra il suo corpo.* Eadem paene, ubi de *Duntis* opere auctor loquitur, iterum adnotata margini leguntur. Verum hujusmodi aedes *Landino* a Rep. dono datas, quum eius haeredibus auferre tentassent Partis *Guelphae* Praesides, *Cosmo* Florentiae Duci hoc supplici libello possessionis titulum vindicare coacti sunt.

Illustriss. et Eccellentiss. Sig. Principe.

M. Lucrezia *di* Bernardo *di Mess.* Cristofano Landini, *et* Cristofano, *et* Alessandro *suoi figliuoli, fidelissimi servi di V. E. Illustriss. espongono a quella, come havendo il detto Mes.* Cristofano *l' anno* 1480. *fatto il comento sopra la Commedia di* Dante, *indirizzò detta sua opera alli Eccelsi Signori all' ora della Rep. Fiorentina, et ad essi la presentò scritta in carta buona, con borchie, e piastre d' argento, come V. E. I. può haver visto: nel qual tempo gli fu dalli prefati Signori sotto nome di compera, per remuneratione, concesso una Torre esistente sopra le Mura del Castello del Borgho alla Collina, nella quale da detto tempo fino ad hoggi detto Mes.* Cristofano, *e* Bernardo *suo figliuolo, come per i loro libri si vede, et ancora detti supplicanti hanno speso per ridurla per loro habitare più di sc.* 250. *e perchè essi sono stati, e sono molestati da Signori Capitani di Parte, con allegare che detta Torre è in su le mura Castellane, e però appartenersi al Comune di Firenze, et havendo essi mostro con quanto giusto titolo la si sia tenuta per loro per*

reſcritto di S. E. I. fu commeſſo a detto Magiſtrato, che ne faceſſino un Punto alla Ruota, avanti alla quale hanno prodotto le loro ragioni, et ſperono che da eſſa di tutto doverà eſſere informata nel rapporto, che per detta Ruota ſi farà a V. E. I. Per tanto la ſupplicano, e pregano che la ſi degni per grazia ſpeciale conceder loro detta Torre, et commettere non ſieno da alcuno moleſtati: il che ſperano, e confidono da quella, come giuſtiſſimo, ed ottimo Principe ottenere, ſendone ſtati in poſſeſſione per anni 80. e più, e lo riceveranno per dono ſingulariſſimo, del quale terranno perpetuo obbligo con V. E. I. la quale N. S. Dio feliciti, et eſalti ec.

inferius legitur- *Concedeſi, et non ſiano moleſtati.*

Ex libro Deliberationum Vrbis Florentiae ſignato L. O. adparet.

Die Veneris xi. Februarii 1563.

„ Praefati Magnifici Domini Capitanei Partis Civitatis Florentiae in ſufficienti numero adunati etc. ſervatis ſervandis, et obtento partito etc. deliberaverunt, et deliberando virtute reſcripti Illuſtriſſimi D. Ducis, ut apparet in 7. filo ſupplicationum, „ conceſſerunt D. *Lucretiae* Filiae olim *Bernardi* D. *Chriſtophori* de *Landinis*, et *Vxori* „ olim *Vincentii Sebaſtiani* del *Zaccaria*, et „ *Chriſtophoro*, et *Alexandro* eius Filiis, Turrim, ſive Palatium poſitum ſuper muris Caſtri Burgi Collinae, liberantes ipſos ab omni „ moleſtia, quae ſub praetextu bonorum publicorum a dicto Magiſtratu eiſdem inferetur. „ Quoniam conſtat dictis Dominis Capitaneis

„ ex

„ ex pluribus documentis, et praeſertim ex re-
„ latione Dominorum Iudicum Rotae Floren-
„ tinae, quae relatio extat in eodem filo ſup-
„ plicationum, dictam Turrim, ſive palatium
„ largitum fuiſſe ab olim Excelſis Dominis Flo-
„ rentinis dicto D. *Chriſtophoro Landino* in com-
„ penſationem Commenti Commediae *Dantis*,
„ quod ipſe donaverat praefatis Excelſis Domi-
„ nis. Omni meliori modo etc. mandantes etc.

Ego *Benedictus Maccius* ſub Canc. Partis, et Not. pub. Florent.

§. XLV.

QVum verò A. MCCCCLXXXIII. in effodienda humo prope *Minerbettiae* gentis aedes ad S. *Trinitatis*, vetus Romana inſcriptio reperta eſſet, ad eam interpretandam *Landinus*, uti Philologus ſummae gravitatis, et in Hiſtoria cum veteri, tum recenti adprime verſatus, adcitus eſt (1). In eundem quoque Annum, *Michaelis Verini*, *Vgolini* F. mors immatura quum incidiſſet, eius funus pereleganti Carmine *Landinus* proſequutus fuit (2): et quidem iure; quis enim non eximia dignum

lau-

laudatione putaſſet eum adoleſcentem, qui quum optimos mores et ingenium alacre miro inter ſe foedere copulaſſet (quod ſub auſpiciis *Paulli Saxii* Roncilionenſis, Grammaticis, Rhetoricis, Poeticiſque ſtudiis excoluit), adeoque ſe Muſarum ſtudiis addixiſſet (3), ut vitae tamen integritatem prae oculis ſemper haberet (4), mortem potius obire, ut eam ſervaret, quam, ut diu viveret, eam amittere voluiſſet? Hoc itaque integritatis amore adoleſcens id eſt aſſequutus, ut ad eius memoriam aeternitati commendandam, certatim viri doctiſſimi ſtudium, operamque omnem inſumere non dubitarint (5). Sed ad *Chriſtophorum* revertamur; qui eodem pariter anno Iudex artis, ut vocant, Iudicum, et Tabellionum Florentinae Vrbis renunciatus fuit (6); anno vero MCCCCXCVI. auro, argento, aere flavo feriundo praefectus eſt (7).

(1)

(1) Vide Cl. *Dominicum Mar. Mannium* De Thermis Florentin. Lib. II.

(2) Carmen hoc mihi reperire minime contigit, maxima licet diligentia perquiſierim. *Pocciantes*, et *Niger* illius tantum meminerunt, locum, in quo exſtet, haud innuentes.

(3) Muſas hunc vehementer excoluiſſe, praeter plurium Scriptorum teſtimonia, ſatis ſuperque eius illa teſtantur Carmina, quibus hunc praefixit titulum. De Puerorum moribus „ Diſticha *Paullo Saxio* Roncilionenſi praeceptori „ ſuo inſcripta. Florentiae in IV. MCCCCLXXXVII. Impreſſa iterum fuere Lugduni, et Salamancae, docto *Martini Guerrae* Cantabri Commentario inluſtrata A. MDLX. In linguam quoque Gallicam tranſlata leguntur, et Lugduni rurſus excuſa. Eiuſdem Epiſtolae candidiſſimae, et abſolutae ſervantur in Bibliotheca *Gaddiana* Florentiae MSS. inter quas una eſt ad *Petrum Mediceum*, *Laurentii* F. qua adhuc iuvenis, *Politiani* opus a ſe lectum commendat. Hunc vero inter claros Poëtas iure recenſent *Iacobus Gaddius* in Corollario, *Ludovicus Vives* in libro de Trad. Diſcipl. aliique quamplures.

(4) Morum illi candorem adeo cordi fuiſſe, ut mori potius, quam foedari, ut ipſe inquit, voluerit, fuſius refert *Franciſcus Verinus*, *Secundus* dictus, in libello inſcripto: *Del Premio della Virtù* p. CIV.

(5) *Hieronymus Benivienius*, *Vgolino Michael* parenti Carmen Italicum de immaturo filii adoleſcentis funere miſit, quod inter eius opera legitur p. CXIX. edit. *Nic. Zoppini* Venetiis MDXXII. Eius corpus honoriſicentiſſime in Templo S. *Spiritus* tumulatum fuit, hac adpoſita inſcriptione-

„ Re-

„ Regia Pyramidum cedant monumenta, viator,
„ Huic lapidi, quamquam marmora nulla vides.
„ *Verinus Michael* decus immortale pudoris
„ Clauditur hoc ſaxo, ſiſte parumper iter.
„ Quod latet ingenii ſidus? quae gloria *Phoebi*?
„ Delicias orbis quam brevis urna capit?
„ Diſticha compoſuit gravibus diſtincta figuris,
„ Quae proſint ſacris aequiparata libris.
„ Eſt brevis, argutus, facilis, ſine felle pudicus,
„ Littera plus nervi, quam ſua carnis habet.

Angelus item *Politianus* ſequens de eo Epitaphium ſcripſit.

„ *Verinus Michael* florentibus occidit annis,
„ Moribus ambiguum maior, an ingenio.
„ Diſticha compoſuit docto miranda Parenti,
„ Quae claudunt gyro grandia ſenſa brevi.
„ Sola *Venus* poterat lento ſuccurrere morbo,
„ Ne ſe pollueret, maluit ille mori.
„ Hic iacet, heu Patri dolor, et decus, unde iuventus
„ Exemplum, vates materiam capiant.

(6) Id patet ex Hiſtoria Societatis Iudicum, ac Tabellionum MS. apud Cl. *Dominicum Mar. Manntum* ſub A. MCCCCLXXXIII. MCCCCLXXXIV. et MCCCCLXXXVI.

(7) Id eruitur ex libro membranac. in quo notantur *Priores Pecuniae*, quique exſtat in Archivo *Guelphae* Partis, ubi p. LXXVIII. inter alios hac dignitate decoratos *Chriſtophorus* quoque recenſetur.

§. XLVI.

QVamquam vero a rerum publicarum cura plurimum abſtraheretur *Landinus*, eumque, dicam enim ut res eſt, ambitio, honores, cauſſae, officium, implicatum, et conſtrictum teneret; doctrinarum tamen recondita penetralia, quae mente incluſa habebat, ne obſoleſcerent, nunc, dum licebat, legendo, nunc meditando renovabat. Thuſcam enim reddidit, ac publici iuris fecit A. MCCCCXC. Hiſtoriam *Sfortiae* gentis ab *Io. Simonetta* conſcriptam (1). Opuſculum praeterea de varietate anni, deque triplici annorum ſpecie elucubratus eſt (2). Tum ut perenne aliquod monumentum officii, quo fungebatur, *Guelphae* Partis a ſecretis, poſteritati relinqueret, libellum de conſcribendis quibuſcumque litteris, civium ſuorum rogatu, exaravit (3), qui Florentiae A. MCCCCLXXXII.

è Typographio *Antonii Miſcominii* prodiit, *Herculi* Ferrarienſium Duci, a quo maiora in dies beneficia recipiebat, dicatus (4).

(1) Mediolani fuit excuſa in fol. cum hoc titulo - *La Sforziade di* Gio: Simonetta *Lib.* XXXI. *tradotta in Italiano da* Criſtofano Landino. *In Milano per* Antonio Zarotti *Parmigiano* MCCCCXC.

(2) *Iac. Gaddius* in V. *Landinus* huiuſmodi opuſculum MS. exſtare adſerit cum hoc titulo - *Trattato della varietà dell' anno preſſo gli antichi, e di tre ſpecie di anni* - *Landinus* vero in commentar. in *Dantem* C. XXXIII. Inferni, haec de ſe loquitur - *Come diſteſamente ſcriviamo in una Epiſtola a* Franceſco Baldovini *della intercalazione, e del biſeſto* - Epiſtola haec MS. adſervatur a Cl. *Ant. Mar. Biſcionio* Laurent. Biblioth. Praefecto in memorato Vol. Chartac. in IV. in quo *Stephani Porcari*, et *Chriſtophori Landini* Orationes continentur. Eius autem haec eſt inſcriptio - *Epiſtola facta per Mes.* Chriſtoforo Landino *a* Franceſco *di* Bartolomeo Baldovini *della varietà dell' anno, e del Bixeſto, et di tre ſpezie d' anni appreſſo agli antichi* - Incipit - Criſtoforo Landino *a* Franceſco Baldovino *ſalute. Domandaſtimi nel dì biſexto Kalendas, eſſendo noi in caſa di* Coſimo, *non ſolamente dell' origine di queſto dì, e del nome; ma etiam perche cagione piu toſto el vigeſimoterzo di Febbraio, che in altro tempo dell' anno ſi intercali, cioè ſi intermetta. A che, benchè*

allora

allora molte cose rispondessi, niente di meno per satisfare alla onestissima tua voglia in questa parte, tornato poi a casa, m' ingegnai con quanta maggior brevità potevo, accuratamente ridurre in questa Epistoletta, con che ordine, e numero di dì gli antichi segnassero e loro anni, e quante specie di anni si trovino. Sappi adunque ec. - In *Thomae Baldinotti* Poetae Pistoriensis laudem Carmen exaravisse *Landinum*, testatur *Gamurrinus* T. V. p. CCCLXXX.

(3) Ex initio Praefationis huic Opusculo adpositae id deprehenditur: ita enim se habet - *Sono più tempi trascorsi, Illustrissimo, et Excelso Sig. mio, che per lungo stimolo di alcuni Cittadini, et Gentiluomini, avidissimi di ornarsi di laudata peritia, fui compulso ad alquanto esercitare el mio exiguo ingegno, circa la loro virtuosa instruzione. Onde per adempiere el suo desiderio, non con mediocre difficultà composi la presente operetta ec.* -

(4) Ita in Epistola dedicatoria - *Et volendo io per l' affezione, servitù, et fede porto alla V. E. fare nelle addimandate occorrenze, secondo le mie debile forze apertissima dimostrazione, examinata la umile, et inculta compositione, ho statuito farne oblazione, et dono a Vostra Illustrissima Signoria, non come meritevole presente, ma come cordiale attestazione, et fede della mia perpetua voluntaria servitù, et in qualche recognoscenza delli piaceri, et innumerabili benefici, che già ricevetti dalla vostra sublimità. Et se il favore di qualche accidental dottrina lo avesse comportato per lo preterito, o che me avessino i Cieli alcun naturale, et chiaro lume di intelligenza porto, et per esse fatto sicuro, io non*

harei

barei posto tanto intervallo, et dilazione di tempo a visitare la prefata vostra Celsitudine con questo mio libretto, nel processo del quale ho scripto molti Exordi, et Epistole missive, et responsive in ogni facultà, et altri parlamenti opportuni, et necessari da esporre ambasciate al Sommo Pontefice, a Cardinali, Episcopi, a Comunità, a Signori, et a qualunque altro reggimento in diverse occorrenze - In editione *Miscominii* exstat *Landini* effigies in Florentino Liceo in media Iuvenum corona sedentis. In altera quoque editione paullo post evulgata, eadem ferme figura inspicitur. Impressum quoque Venetiis fuit idem opus per *Bernardum Zucchettam* in VIII. A. MDXVIII. Atque hoc loco minime praetereundum est, me idem opusculum inveniſſe, nullis mutatis, rursum Venetiis, sine ullo Anni indicio, sub nomine *Barptolemaei Minii* pictoris evulgatum, cum hoc titulo - *Formulario, ovvero Epistolario volgare, cioè modo de insegnare a dittare lettere missive, et responsive ec. In Vinegia.* Sequitur deinde -

Lettera d'Amore bellissima da scrivere ad una tua amorosa, alla quale tu non avesti più scritto - Post haec opus cum eodem *Landini* titulo, incipit -

Formulario de Epistole volgari missive, et responsive, et altri fiori di ornati parlamenti all'Eccelso, et Illustrissimo Principe Sig. Hercole *da Heste dignissimo Duca di Ferrara, composto per* Bartolommeo *miniatore suo affezionato, et fidelissimo servo. Probemio: Sono ec.* Ipsissimis *Landini* verbis opus sequitur, iisdemque subscriptionibus clauditur, quae in nostro sunt.

§. XLVII.

§. XLVII.

VErum antequam ad reliqua extremae *Chriſtophori* vitae geſta enarranda deveniam: paucis indicare lubet, eius auctoritate Florentinam Remp. in deſignanda aetate Exemplaris Florentini Pandectarum, toto orbe celebratiſſimi, uſam fuiſſe. Etenim poſt primum illarum Pandectarum volumen, recenti manu, in eiuſdem voluminis initio repetitum, Graecum Epigramma legitur, quod plerumque Digeſtorum editionibus praemitti ſolet, quodque cum interpretatione interlineari refert poſt alios *Henricus Brencmannus* (1) teſtis ocularis, idemque graviſſimus; ſubſcriptaque ſequentia: - E„ pigramma hoc ſuperius ſex verſuum „ reperitur in praecedenti volumine. In fine Tabulae Codicis: *Chriſtophorus Landinus, manu propria* - Sequitur autem eadem manu, ut laudato *Brencmanno*

exa-

examinanti diligenter visum est - *Ego Marsilius Ficinus interfui, dum hoc reperiretur* (2), *idque manu propria scripsi, die* IX. *Aprilis* MCCCCLXXXVI. *Petro Berardi de Berardis sedente Vexillifero Iustitiae*. Feruntur insigne hoc Pandectarum volumen, quod Pisis olim adservabatur, in Amalphitanae urbis excidio depopulati fuisse milites: quod verisimile non esse, luculentissime ostendit vir doctissimus *Guido Grandius* (3), qui palam fecit, Pisanos illud a Constantinopoleos Imperatore dono adcepisse, cui et ego adsentior. Sed quicumque se res habeat, Pisani penes se summo in pretio illud habuere, donec Florentini per *Ginum Capponium*, nobilem, et strenuum virum, anno reparatae salutis MCCCCVI, Pisis in potestatem suam redactis, volumen hoc, tamquam in servitutis symbolum, Florentiam transtulerunt. Liber itaque nostra in urbe, illo ex tempore summa cura, et religione, tamquam e coelo delapsus servatus est (4).

(1) In nitidiſſima Hiſtoria Pandectarum Florentinar. Lib. III. c. I. p. CIC.

(2) Epigramma ſcilicet, ut ait I. G. *Schelornius* T. I. Amoenit. Litter. p. LXXXIX.

(3) In variis operibus, quae nos in eius vita retulimus, p. LII. et LIII.

(4) Hinc *Bernardus Orcellarius* in MSS. Collectaneis Antiquit. Romanar. ſcribit - In Pan- „ dectis illis vetuſtiſſimis, quae ex Piſanis ma- „ nubiis apud ſummum Magiſtratum noſtrae „ Civitatis in publico ſacrario ſanctiſſime cu- „ ſtodiuntur - *Fontius* in Annalibus MSS. ſuo- „ rum temporum ad A. MCCCCLIV. - Evangelio- „ rum Graecus liber Conſtantinopolitana cla- „ de ſubductus a *Malcho* quodam, Graeco ho- „ mine, Florentiam perlatus, ac magno emptus „ in Supremo Magiſtratus palatio collocatur, „ ubi et Pandectarum libri, Piſarum ſpolium, „ adſervantur - Vt eo magis deprehendatur, quanto in pretio a Florentinis volumina illa haberentur, lubet huc religioſe tranſcribere ea, quae *Cambius* in ſua Hiſtoria Flor. MS. tradit, ubi mentionem facit de alio codice Graeco Evangeliorum, qui Florentiam tranſlatus ex excidio Conſtantinopolitano fuit, ſub Anno MCCCCLIV. - *Al tempo di* Tommaſo *di* Lorenzo Soderini *Gonfaloniere di Giuſtizia per* S. Spirito MCCCCLIV. Aricepto *Nobile Uomo di Choxtantinopoli, nel tempo che fue prexo detto Choxtantinopoli, che ſi chiamava Mes.* Charlo Chaxtinſelmo, *Gentiluomo di Choxtantinopoli, ſi trovava in Alexandria chon merchantie per cierti ſua affari, et era molto amico dell' Omperatore, e tornando d' Alexandria, e trovato anco Choxtantinopoli, e disfatto, ſi ricordò di cierte Re-*

 liquie,

liquie, e gioie, che detto Signore teneva in un Munistero, sichè si mise segretamente a cerchare, e infine trovò solo un Chaxettino, che vera queste gioie, e traxele di là segretamente, e venne alla volta di Firenze, le quali Reliquie son queste, che lui moxtrò chon grandissima riverenza alla nostra Signoria, e prima:

Una Croce di legno della Croce sottile di lunghezza circha un terzo di braccio.

Un pezo della veste propria del nostro Signore Gesù Christo *di quella gli fè la Madre* Maria.

Un pocho di spugna chon la quale gli fue dato bere in Croce.

Un pocho di quel pane, che benedixe quando chomunichò gl'Apoxtoli,

Le quali Reliquie sono tutte involte chon detta Chroce, e dipoi mexe in un altra Chroce tutta dargiento, e doro chon molti balasci, e altre pietre preziose, e perle di gran valuta, e chon dette chose vera un libro assai grandemente scritto in greco, dove erano scritti e Vangeli de quattro Vangielisti, fatto fare al tempo di Choxtantino *Imperatore, adornato molto maravigliosamente, e riccamente, chon gran quantità di perle, e Balasci, e Zaffiri, e altri cholori, leghato a loro modo, chon oro mirabilmente, e con dette choxe molti antichi privilegi dimperatori antichi di Choxtantinopoli. Di che vixto dette reliquie, e libro, la nostra Signoria lacettò molto gratamente, e chon molta devozione, e ordinarono gli fuxi dato F. 1000. doro, che valevano più ducati, non gli deptono F. che ne paghò F. 400. doro el chomune per il libro, e tolxelò la Signoria, e mexelo insieme chon le Pandette in Palagio, e F. 600. doro paghorono e Consoli dell'arte della lana, chome Ghover-*

verndtori della Chiesa Cattedrale di S. M. del Fiore, e stanno con altre Reliquie in S. Maria del Fiore, che oggidì stanno nella Chapella della Crocie. Dipoi si chiuse la chapola, e lanterna di detta Chappella a mano manchà a andare all' altar Maggiore sotto la Trebuna, che piglia el nome di detta Croce di Christo *di sopra nominata.*

§. XLVIII.

QVam modo vellem *Christophorum* nostrum penitus lectori meo, uno ictu oculi, notum reddere, eiusque, cum animi, tum corporis, sinceram effigiem viva colorum luce depingere! Verum contentos nos esse decet illum exiguis, et rudibus lineis, quas ex eius scriptis passim desumsimus, exhibere. Ingenti igitur *Landini* ingenio, par corpus natura concessit. Amicitiam semper coluit; et licet a sociis nonnumquam dissideret, concordiae tamen vincula numquam disrupit. Quapropter etsi cum *Marsilio Ficino*, *Platonem* quasi ab inferis revocasset, nihilo tamen minus dogmata illius, non vi,

ſed mira modeſtia in ſuis operibus propagare contendit (1), longe diverſus a *Georgii Trapezuntii* more, qui eadem propemodum aetate, ut *Ariſtotelem* extolleret, *Platonem* depreſſit, eiuſque doctrinam acriter inſectatus eſt, eademque vehementia, et mordacitate depreſſum dedit *Beſſarion*. Adcedebat etiam in eo Chriſtianae Theologiae ſingularis quaedam, atque exquiſita cognitio (2), eaque non ſcientiae modo, aut oſtentationis, diſceptationiſve, ſed vitae, ac diſciplinae cauſſa comparata: ad eius enim praecepta animum, mentemque referens, omnes ſuas cogitationes, conſilia, actiones, vitam denique omnem ad eam conformaverat, atque direxerat; ut non modo iuxta Philoſophorum regulas bene beateque, ſed etiam iuxta divinum Chriſtianorum praeſcriptum pie, ſancteque viveret. Summa poſt iuveniles furores integritas, ac pietas in illo effulſit, non ea, quae facie, motu, amictuque commendatur,

quam

quam in multis cernimus, ſimulata; et ſpecie, atque oratione hominum, opinionem captans; ſed ſolida, nuda, atque ſincera, quaeque in mente, atque in animo ineſt, ac reſidet. Nec vanae ambitionis amor ipſi adſcribi poteſt, niſi forte eum callide diſſimulaſſe dixeris: eius quidem ſcripta a nimia gloriae cupiditate, tumentique faſtu auctorem vindicant: quod profecto raro contingere videmus in eo homine, cuius adhuc vivi magnum, et memorabile apud principes aeque, ac litteratiſſimos viros nomen, poſteritati, monumentis aere ipſo perennioribus fuerit commendatum. Pietatis in Deum non parva ſuperſunt veſtigia; nam rerum omnium Parentem devota oratione, antequam ſe ad opera conſcribenda conferret, compellare ſolebat, ut ſuae fulgeret menti, voluntatique faveret (3). Societatem quamdam frequenter adibat, ut ſacro adeſſet, quod in ſacello Divis illis Principibus,

qui *Magi* vulgo vocantur, dicato, in Caenobio S. *Marci* Florentiae celebrabatur (4). Sacras enim conciones hic habuisse *Christophorum* patet, quae in *Strozziana* (5), et *Riccardiana* Bibliotheca MSS. delitescunt. Et profecto mirum est, quod inter tot Atheos, et aliqua haeresi infectos, qui Florentiae ea tempestate disseminati erant, noster tam ab ea nota procul esset. Enimvero *Marsilium Ficinum* eodem vitio inquinatum fuisse nonnulli dixerunt, inter quos acriter in illum invehitur Cl. *Schelornius* (6). Praeterea *Angelum Politianum* nostri discipulum, Atheum dixere *Philippus Melanchthonus* (7), et qui huius auctoritatem sequuti sunt, *Gisbertus Voëtius* (8), *Burch. Gotth. Struvius* (9), *Io. Franciscus Buddaeus* (10), et sexcenti alii, quos exacte refert Cl. *Menckenius* (11).

(1) *Aristotelem* quoad Physicam, quoad Metaphysicam *Platonem* vehementer excoluit. Vide iudicium *Landini* de duobus hisce Philosophis in

in Commentario ad Cantum IV. Inferni *Dantis*.

(2) Id ex eius operum lectione per se quisque eruet: unde *Io. Trithemius* De Scriptoribus Ecclesiasticis n. DCCCXCVIII. haec de eo profert - *Christophorus Landinus* natione Italus, „ Civis Florentinus, vir saecularium litterarum apprime eruditus, Philosophiae etiam, „ ac Divinae paginae non ignarus, longis annis Musarum Cathedrae praefuit, publico- „ que munere poeticam edocuit, ingenio praeclarus etc. -

(3) Nonnulla *Landini* probitatis indicia qui cupiat, consulere potest singulas, quas tribus suorum in *Dantis* Poema Commentariorum partibus Praefationes praemisit; istae enim totae verbis, ac sententiis Christianam vere pietatem redolentibus abundant. Quapropter *Marsilius Ficinus* ei Epistolam misit cum hoc titulo: - *Marsilius Ficinus Christophoro Landino*, „ viro bonitate, doctrinaque singulari - Ep. est de natura hominis. Consule T. I. p. CLII. ubi hanc proferimus.

(4) In calce Orationis hic a *Landino* habitae, quae MS. ab *Ambrosiis* adservatur, manu non ita vetusta, haec notata invenio - *Nota, come la Compagnia de'* Magi *oggi disfatta era la medesima Sagrestia oggi di S.* Marco, *nella quale ancora vi si conserva la Tavola dell'altare, che è l'Istoria de'* Magi, *Compagnia in que' tempi di concorso, e di grandissima nobiltà fiorita. Nella medesima Chiesa diceśi in quei tempi esservi state altre Compagnie, et in particulare la Compagnia di S.* Marco., *era dove oggi è il Noviziato, et ora si raguna per luogo*

capaciſſimo in via di S. Gallo, *la porta della quale è la medeſima, che era in S.* Marco, *et nell' archbitrave di pietra forte vi è l' arme de'* Medici, *che ciò fu errore, perchè deuota, che quel luogo ſia ſtato fabbricato da queſta Famiglia, il che fu fatto dalle borſe de' Fratelli di quei tempi, ma per riſparmio parve ſervirſi delle medeſime pietre, avendole mandate a terra per metterle a uſo di celle del Noviziato. Vi era ancora la Compagnia de' Teſſitori in ſul cimitero riſpondente ſulla piazza; oggi ſi raguna da S.* Maria Nuova.

(5) In Bibl. *Stroziana* Cod. Chartac. in IV. adſervatur, in quo hi Sermones continentur: -

Alamanni Rinuccini *Sermo habitus in Cœna* Domini *anno* MCCCCLXX. *die* XIX. *Aprilis*.

Orazione del Corpo di Criſto *di* Gio. *di Mes.* Donato Conti *compoſta da lui, e recitata nella Compagnia della* Nunziata MCCCCLXXIV.

Sermone di Piero *di* Marco Parenti *della Umiltà, e Carità, da lui compoſto, e recitato nella Compagnia di S.* Vincenzio *l'anno* MCCCCLXXVII.

Ioannis Neſii *adoleſcentis Oratio de Humilitate, habita in Fraternitate Nativitatis die* XI. *Aprilis* MCCCCLXXVI.

Sermone fatto per Pier Filippo Pandolfini, *e da lui nella Compagnia de* Magi *recitato die* XI. *Aprilis* MCCCCLXXVI.

Sermone di Maeſtro Matteo Broccardi *compoſto, et da lui nella Compagnia di S.* Vincenzio *recitato l' anno* MCCCCLXXIV.

Oratio Io. Neſii *adoleſcentis de Euchariſtia die* XXIII. *Martii* MCCCCLXXIV.

Orazione del Corpo di Criſto *da* Gio. Neſi *compoſta, e da lui nella Compagnia di S.* Antonio

tonio *da Padova recitata die* VII. *Aprilis* MCCCCLXXIII.

Sermo in Paſſione Ieſu Chriſti *fatto per* Rinieri Buonafè, *e da lui recitato in S.* Domenico *a dì* IV. *Aprile* MCCCCLXXVII.

Sermone di M. KRISTOFANO LANDINO *fatto in commendazione del Corpo di* Criſto, *e recitato nella Compagnia de* Magi *da lui.*

Exhortatio ad poenitentiam di Franceſco Berlinghieri.

Io. Neſi *adoleſcentuli Oratio apud Rectores S.* Nicolai, *habita die* XIII. *Decemb.* MCCCCLXXII.

Exhortatio ad poenitentiam di Franceſco Berlinghieri.

Exhortatio ad oſculum Crucis Franciſci Berlinghieri *in S.* Vincenzo.

Exhortatio ad Oſculum Crucis di Pier Antonio Buondelmonti *fatta a dì* IV. *Aprile* MCCCCLXXVII. *in S.* Vincenzo.

Exhortatio ad poenitentiam di Tommaſo *di* Zanobi Ginori, *e recitata in S.* Vincenzio, MCCCCLXXVI.

Exhortatio ad poenitentiam Ioannis Zocchi *in S.* Antonio *di Padova.*

Exortatione di Maeſtro Matteo Broccardi *fatta nel* Vincenzio.

Exhortatio ad Poenitentiam Bartholomaei *de* Scalis.

Altro in detta materia.

Altro della Pace.

Altro della Obbedienza, e Silenzio.

Exhortatio ad poenitentiam Bernardi *de* Caniſianis.

Sermone famigliare per Giovedì Santo alla Compagnia MCCCCLXXVII.

Ora-

Orazione del Corpo di Criſto *fatta per* Iacopo Boninſegni *da Siena, recitata nella Compagnia di S.* Antonio *di Padova in Firenze adì* IV. *Aprile* MCCCCLXII.

Alii Sermones ſine auctoris nomine leguntur; exinde exſtat

Exortatione di Bernardo *d'*Alamanno *de'* Medici *ſopra il* Crocifiſſo *recitata nella Compagnia de'* Magi.

Adſervantur etiam hujuſmodi orationes in Bibl. *Riccardiana* S. IIII. N. XXXXIV. cum his titulis:

Sermoni fatti nelle Compagnie,

Di Gio. Neſi *in S.* Niccolò *a* XIII. *di Ditembre* MCCCCLXXII.

Del detto in S. Antonio *da Padova.*

Del Sagramento adì VII. *d'Aprile* MCCCCLXXIV.

Del detto dell' Eucariſtia a XXIII. *di Marzo* MCCCCLXXIV.

Del detto della Umiltà, nella Compagnia della Natività adì XI. *d'Aprile* MCCCCLXXVI.

Di Gio. Cocchi *del Sagramento nella Natività a* XXIII. *di Marzo* MCCCCLXXIV.

Di CRISTOFANO LANDINI *del Sagramento ne'* Magi.

Di Donato Acciaioli *del Sagramento ne'* Magi *a* XIII. *d'Aprile* MCCCCLXVIII.

Di Mes. Gio. Ant. Veſpucci *ne'* Magi *al baciar la Croce.*

Di Filippo Carducci *a penitenza ne'* Magi *a* XXX. *d'Aprile* MCCCCLXXXV.

(6) Amoenitat. Litter. Tom. I.

(7) In Orat. de dicto *Paulli*, I. *Timoth.* IV. quae exſtat Tom. III. Declamat. p. CCCLXXV.

(8) In Diſp. de Atheiſmo §. III. et VI.

et

et in Addendis ad Part. II. Disp. Select. Theolog. p. MCCLXXIII.

(9) In Program. de Docto Atheo p. xv. seq.

(10) In Lib. de Atheismo Cap. I. §. XXIV. p. cx. et CXLIII.

(11) In Vita *Ang. Politiani* p. CCCCLXXIII.

§. XLIX.

AMicos habuit plurimos *Landinus*; praeter eos enim, quos in hoc opere memoravimus, quique nostrum impense colebant, addendi sunt eximius Legum Doctor *Laurentius Ridolphius* (1), eques *Aloysius Guicciardinius*, et ex eadem Familia Decretorum Doctor *Rayneriis*, *Ioannes Petrus Cassesius* de Puppio, *Simeon* de Colle I. V. D. Cl. Erat et extra Thusciam apud Principes, et viros doctos eius nomen gratum, et, ut ita dicam, venerabile. *Bernardus* enim *Bembus* (2), *Picus Mirandulanus*, *Antonius Vinciguerra* (3), viri cum ingenii acumine clarissimi, tum admirabili quodam lepore praediti, vehementi amore *Christophorum* sunt prosequuti.

(1)

(1) Huius vitam Italicè scripsit *Vespasianus* Florentinus vulgo *a Bisticci* nuncupatus, quae MS. ita inscribitur - *Commentario de la vita di Mes.* Lorenzo Ridolfi *composta da* Vespasiano - Incipit - *Mes.* Lorenzo Ridolfi *fù degnissimo Cittadino, et di onorati parenti ec.* -

(2) Lib. IV. Epistolarum *Marsilii Ficini* ad *Bernardum Bembum* p. DCCLXXI. - *Christ. Landinus* „ Minervae, Musarumque decus, et *Ioannes Ca-* „ *valcantes* conphilosophus noster bene valent - Item Lib. V. p. DCCLXXXVII. - At video *Bem-* „ *bum* meum, neque posse, neque velle, absque „ delitiis suis, bene valere. *Bernarde*, *Landinus*, et „ *Braccciolinus* tui, tibi bene valent; igitur bene „ vale. - Ipsemet *Landinus* in Praefatione ad Librum suum de Vera Nobilitate ait - Erat *Philoti-* „ *mus* minime indoctus vir, quippe qui et „ multa audisset, et multa legisset. Extant „ quidam partim natura producti, partim li- „ beralibus artibus exculpti eximii viri, et „ multa sapientia praediti, in quibus Tuum „ *Bernardum Bembum*, o *Landine*, praecipuum „ enumero, qui de Nobilitate haud aliter, quam „ Athenienſis *Socrates*, et sentiunt, et praedi- „ cant. - In Bibliotheca Vaticana codex *Xandrae* exstat nitidissimus membranaceus in IV. n. MMMCCCXXXVI. quem ipsemet dono *Landinus Bembo* miserat. In fronte codicis Epistola haec legitur, auctoris manu exarata - *Bernardo Bembo* „ Senatori Veneto, viro probitate, et litteris „ insigni, *Christophorus Landinus* S. D. Quod „ ais, Te elegis nostris mirifice delectari, id „ me, ut verum fatear, immortaliter dele- „ ctat. Tanti enim nostra semper facere con- „ suevi, quanti illa ab iis viris fieri intelligo, „ quo-

„ quorum et ingenium perſpicaciſſimum, et
„ doctrinam ſummam, ac multiplicem, et iudi-
„ cium ſapientiſſimum eſſe conſtat. Quid ergo,
„ inquies? Tu carmen tuum, verborum noſtro-
„ rum lance ponderabis? movent me profecto
„ ea, quae dixi, quae quidem omnia in Te
„ maxima, exactiſſimaque eſſe cognovi. Sed
„ vereor interdum, ne mirificus Tuus in me
„ amor perſtrigator adſit. Novi enim, quam
„ indulgentes ſint, qui amant, quamque lyn-
„ ceis, ut ainnt, oculis, ſiquid boni in amato
„ eſt, admirari conſueverint, quam contra ad
„ omne mendum Tyreſiam agant. Verum ego
„ quoque, me ipſum amans, mihi indulgebo,
„ atque in huiuſmodi Tuo de nobis iudicio,
„ non quantum nos amas, ſed quantum in-
„ genio, ac litteris poſſis, recordabor. Librum
„ autem ipſum cum iamdiu flagitanti Tibi de-
„ negare non ſubtineam, ad Te mitto. Ad-
„ iunxi etiam illi Elegias nonnullas, quae
„ mutui, atque immortalis in Te noſtri a-
„ moris teſtes futurae ſint, quibus ego in-
„ genuum omnino animi Tui amorem expri-
„ mere conatus ſum. Vidi enim Te nihil ter-
„ renum, quia terrenum ſit, adamare, ſed i-
„ pſius divinitatis, e qua animi noſtri ſint, ſi-
„ militudine, ubicumque illa reperiatur, ve-
„ hementer delectari. Ea igitur in re ſi verſi-
„ culos noſtros generoſitati mentis Tuae pares
„ non reperies, erit eius humanitatis, atque
„ clementiae, quibus omnes facile ſuperas,
„ non quid potuerim, ſed quid voluerim,
„ conſiderare. Vale. Poſt tres libros *Xandrae*, Elegiae IV. ſequuntur ad eumdem *Bembum*.

(3) *Marſilius Ficinus* Lib. VI. Epp. Epiſto-

lam

lam datam *Bernardo Bembo*, et *Ant. Vinciguerrae* Viris Cll. ita claudit - Sed cur nam *Landinum* „ noſtrum modo praetermiſimus, Mu ae Phoe- „ nicem ? Quia cum in ipſa ſalutatione *Fici-* „ num dixi, putavi me dixiſſe *Landinum* -

§. L.

AD annum MCCCCXCVII. aetatis ſuae LXXIII. *Landinus* maximis meritorum ſuorum praemiis cumulatus devenerat: quum a Rep. Florentina decretum fuit, ut ob publicum a ſecretis munus, quod ingraveſcente aetate, exercere amplius non poterat, ſtipendium adciperet (1). Exinde vero inſpecta *Mediceae* gentis calamitate, Pratum Vetus conceſſiſſe, atque aedes, quas a Florentina pariter Rep. dono adceperat, ut ex ſuperius relatis patet, ſuas delicias feciſſe, facile crediderim, ne ſe barbaris *Mediceorum* hoſtibus, nefariiſque inſultibus exponeret; quippe qui illorum defenſor acerrimus quum fuiſſet (2), plurimas in

ſe

ſe coniuratorum turbas concitarat (3). Hic itaque laboribus, curiſque intermiſſis, optatoque perfruens otio, ad vetera ſe ſtudia contulit; quam per aliquot annos vitam traduxit, diutius forſan victurus, niſi regionis illius natura, quae iucunda huic, atque amoena videbatur, paullatim, ac ne ſentienti quidem, exitium comparaſſet. Aura enim illa lenis, quae flabat, frigiduſque aer, quum habitudo corporis ipſius annorum pondere rarior eſſet, parvoque momento ſaepe commoveretur, facile ad imas partes penetravit. Morbo itaque gravi conreptus, diem ſuum obiit ad diem XVII. Kal. Aprilis A. MDIIII. (4), vel, ut alii volunt, A. MDVIII. (5), annos natus LXXX. menſes X. dies XIII. non ſine maximo Florentinae Vrbis, ac totius Eruditi Orbis maerore; cuius in funere elegantiſſimam Orationem habuit *Bartholemaeus Fontius* (6). Eius cadaver in Templo ſito in Oppido vulgo *della*

Col-

Collina tumulatum fuit, ubi adhuc inconruptum in ligneo quodam loculo adſervatur, et eruditis viatoribus oſtenditur (7). Quum verò ab urbe procul degeret, neque ullum ſcriptorem de eius obitu agentem, neque alia ulla in eius laudem excitata monimenta, reperire adhuc mihi contigit, niſi Inſcriptiones quaſdam, ab erudito viro *Antonio Franciſco Landino* A. MDCLXXXIII. elaboratas, et ſub eius marmoreo ſimulacro in propriis aedibus adpoſitas (8).

(1) In Archivo vulgo *delle Riformagioni* legitur ſub A. MCCCCXCVII. *Deſiderando i noſtri Magnifici et excelſi Signori Priori di Libertà, e Gonfaloniere di Giuſtizia del popolo Fiorentino remunerare chi ſi porta bene, e dare ſperanza agli altri che faccino el medeſimo, e vedendo che Mes.* Criſtofano Landini *è ſtato più tempo al ſervigio della loro Signoria nello Vficio d' uno de' Segretari di quella, et eſſendo oramai vecchio in modo che non ſi può più eſercitare, non volendo al tutto laſciarlo ſenza ſalario, giudicorno eſſere conveniente nello infraſcritto modo provvedere, per tanto provvidono, et ordinorono, che per virtù della preſente provviſione il detto*

detto Mes. Cristofano *di* Bartolommeo Landini *si intenda essere, e sia ex nunc confermato, o di nuovo eletto all' Ufizio d' uno de' Segretarj della Signoria per servire, e supplire alla prima Cancelleria, o altrove dove fusse di bisogno, come infino a quì ha servito ec. durante la sua vita con salario di fiorini 100. l' anno di lire 4. per fiorino in grossi, colle retenzioni consuete di danari 9. per lira ec.*

(2) Quod *Mediceae* gentis propugnator fuerit, ex eo constat, quod pluries celebrem *Pactiorum* coniurationem publice exsecratus est, ac praesertim in Prooemio ad Commentaria Operis *Vergiliani*, ubi haec in illos refert - Cum paul-
„ lo post subita, et praeter omnium opinio-
„ nem ex improviso exorta procella Te, uni-
„ versamque simul Civitatem e tranquillissimo
„ portu rursus in medios fluctus, ac caecos sco-
„ pulos retraxit, ut non paullo post timen-
„ dum, sed praesens, inevitabileque naufra-
„ gium appareret. Dabis, suavissime *Petre*, hoc
„ in loco roganti mihi veniam, si barbaricam
„ illam, et omnium sceleratissimam, ac sine
„ exemplo coniurationem silentio praeterierim,
„ qua in Templo maximo, inter sacra solem-
„ nia, et *Iulianus* frater saevissime trucidatus,
„ et ipse *Laurentius* inter strictos, atque undi-
„ que eum petentes gladios, iam iam casurus,
„ ita elapsus est, ut non humano, sed divino
„ auxilio, et sua animi praestantia, qua au-
„ dacissimum quemque terrere poterat, de ma-
„ nu inimicorum ereptus videatur. Quam-
„ obrem cum sceleratissimi homines, quod nefa-
„ rie mente conceperant, dolis perficere ne-
„ quirent, id statim armis adgressi sunt etc. -

cum iis quae sequuntur. Et in Orat. in funere *Donati Acciajoli* alia haec scribit - Quo quidem „ tempore barbarica illa, ac potius ferina, „ et omnino tragica coniuratio, non sine viri „ omnium innocentissimi *Iuliani Medicei* caede, „ patefacta est, qua die Templum in nostra ur„ be maximum, et maximae omnium Virgini „ consecratum, sanguine eius respersum vidi„ mus, qui virum sanguinum, et dolosum sem„ per abominatus fuerat: vidimus in Euchari„ stiae fractione crudelissimis vulneribus illius „ miserandum corpus fractum, atque confos„ sum, qui pietatis, clementiae, religionis, „ atque denique totius humanitatis exemplar, „ et immanissimis barbaris esse potuit: vidimus oh „ monstrum! etc. - Tum in fine Orat. ipsius Patriam ita loquentem inducit - Qui nec labores „ maximos, nec pericula gravissima pro mea „ dignitate umquam detrectaverit: qui deni„ que dum meam salutem suae saluti antepo„ nit, in medio profectionis cursu, procul a „ me, procul a civibus, procul ab amicis, a co„ gnatis, a suavissima coniuge, a iucundissimis „ liberis, alieno in solo, acerba morte extinctus „ est! Sed ego meam culpam esse fateor, quae, „ dum mihi consulo, tibi parum consulo. O „ me igitur miseram! O te felicem! Nam tu, „ cum ea iam omnia, quae, et ad veram glo„ riam, et ad vitam sempiternam comparan„ dam pertinent, vigiliis laboribusque multis „ tibi vindicasses, integra adhuc aetate, inte„ gris sensibus, ex huiuscemodi miseriis ad su„ premam lucem devolasti. Ego vero durissimis „ temporibus meis, in quibus me immanissimi „ hostes, et antea nefariis insidiis petierunt,

„ et

„ et nunc cum omne exercituum genus in me
„ impie effuderint, ferro, ignique laceſſunt,
„ Te, mi cariſſime *Donate*, in quo non mediocre
„ praeſidium repoſueram, carendum eſſe video.

(3) Quod ita revera eſſet, ſatis eſt argumento, quod non furtim, ſed, ut ex proxime dictis coniicitur, palam, et in ipſa urbis luce *Mediceorum* rebus favebat *Landinus*.

(4) Ex notis ſupra adlatis p. CXLI. patet A. MDIIII. obiiſſe; quod ex ſcripturis nonnullis, quae in Archiepiſcopali Archivo ſervantur, deprehenditur. In Schedis enim *Ant. Franc. Landini* ita notatum legi - *Morì Mes.* Criſtofano *ſi penſa l' A.* MDIV. *e* Bernardo *ſuo figliuolo ripudiò l' Eredità, e la* Beatrice *figliuola di detto Mes.* Criſtofano *l' accettò con beneficio di ll. et invent. Si cava da una lite, che detto erede ebbe l' Anno* MDIV. *contro* Luigi *della* Stufa *ec. il proceſſo è nell' Archivio dell' Arciveſcovado di Firenze nella filza di Ser* Raffaello Baldeſi *di detto anno*.

(5) Inter nonnulla ſcripta ad *Landinum* pertinentia, hanc *Ant. Franciſci Landini* notulam invenio - *O viſto un ritratto di Mes.* Criſtofano Landini *dipinto con il lucco nero, e berretta alla civile, in ſu l' aſſe, con cornice di noce, alto circa a braccia dua, e ſopra il ſuo capo ſcritto a lettere gialle:* Addì XVI. di Marzo MDVIII. morì S. D. Chriſtofano Landini. *Queſto ritratto in oggi a dì* XIV. *Aprile* MDCLVIII. *è poſſeduto dal* Groppi *Cancelliere de' Forni di S. A. S. e dice eſſergli pervenuto da parentado di Donne congiunte ne'* Landini, *et eſſere originario di* Gio. Batiſta *di* Matteo *di* Iacopo Landini, *e di* Aleſſandro Landini *ſuo figliuolo, et* Gio: Batiſta *vivea l' anno* MDLXXVI. *poſſeſſore in caſa ſua di*

detto ritratto. Errat itaque *Angelus Rocca*, referens *Ficinum* anno MID. obiisse post deploratum *Laurentii Medicei*, *Hermolai Barbari*, *Io.* Mirandulae Comitis, *Christophori Landini*, et *Hieronymi Savanarolae* obitum. Quae uti certissimis firmata documentis probavit Cl. *Georgius Schelornius* in vita *Marsilii Ficini*. Quae quum ita sint, allucinantur etiam *Bardius* in Chronolog. *Hieronymus Ghillinius* in Theatr. Viror. Illustr. p. XLIII. et *Gesnerus*, dum *Landinum* A. MCCCCXCII. et MD. floruisse testantur: quos deinde sequutus est *Georgius Mathias Konigius* p. CCCCLV. Biblioth. ubi nonnullorum *Landini* operum seriem profert.

(6) Ante tres libros MSS. Epistolarum *Barptolemaei Fontii*, *Americo Corsino* dicatos, qui ex autographo auctoris, pridie Nonas Ianuarii MDXIII. exscripti fuerunt, ideſt, quum adhuc viveret *Fontius*; quippe qui Mense Octobris ejusdem anni, annos natus LXVII. obiit; ante hos, inquam, libros legitur Catalogus Operum ejusdem *Fontii*, atque inter XVIII. Orationes, quas scripsit, memoratur tertio loco *Oratio in Christophori Landini funere*.

(7) In Itinerario quodam ad S. Domum *Lauretanam* a Societate *Lauretana* peracto A. MDCXL. sub die XVI. Maii ita de eius corpore fit mentio. *Nel passar dal Ponte à Poppi, si faceva la Processione delle Rogazioni, e quella medesima ci seguitò alquanto con molta devozione del popolo. Giugnemmo al Borgo alla Collina per la solita posata, riscontrati da quel M. Rev. Sig. Priore con Cotta, e Stola etc. e quì vedemmo il corpo di* Cristofano Landini *famoso Comentatore di* Dante, *che ancora*

è in-

è intero . - In quibuſdam ſcriptis ad Familiam *Zachariam* pertinentibus apud *Ambroſios* haec notata reperi - *Il Capitano* Savignani *Bolognese* , *Capitano della Banda di Peppi circa anni* XX. *che dopo il contagio di pochi anni circa al* MDCXXXII. *nel paſſare al Borgo alla Collina* , *chieſe in grazia di vedere il corpo di Mes.* Criſtofano Landini ; *e quando il Prete non vedeva* , *gli meſſe le dita in bocca* , *e gli cavò due denti maſcellari* , *e ſeco ſe gli portò* , *ſicchè d' allora in qua da quella banda a fatto la bocca affoſſata* , *ſicchè in queſta parte gli ha levato la perfezione* , *che prima moſtrava* . - Atque hic praeclarum facinus Dominae noſtrae *Violantis Beatricis* Principis ſplendidiſſimae haud praeterire poſſum . Illa enim , quum Prato Veteri tranſiens , Alverniam peteret , ut ſibi *Chriſtophori* corpus oſtenderetur , mandavit . Quare Eccleſiae Rector , antequam eam voti compotem faceret , cadaveri , utpote nudo , verenda reſecavit , ne Principis modeſtia laederetur. Illa vero, quippe quae nil niſi praeclarum , aeternaque memoria dignum meditaretur , quum a recenti vulnere , id ſua cauſſa factum agnoſceret , in haec prorupiſſe fertur : *Qui hoc facinus patravit* , *talionis poenam ſubire profecto mereretur* . - *Mabillonius* , ut habet in Muſeo Italico , et *Iulius Niger* , tam inſignis viri corpus inviſerunt ; quemadmodum noſtra quoque aetate eruditi viatores ſe illuc eadem de cauſſa conferunt.

(8) Inſcriptio eſt , quae ſequitur , marmore inciſa in aedibus *Ambroſiorum* . -

D O M

LANDINO FIGLIVOLO DI NATO PADRE DI IACOPO PITTORE ILLVSTRE AVO DI FRANCESCO CIECO FIGLIO DI D. IACOPO IL QVARTO LAVREATO FIORENTINO CORONATO PVBLICAMENTE IN VENETIA DAL RE DI CIPRI E DAL DVCA VENETO L'ANNO 1360. AVO TERZO DEL DOTTISS. CRISTOFANO DI BARTOLOMMEO DI CRISTOFANO DI D. IACOPO IL COMENTATORE DI DANTE SEGRETARIO DELLA NOSTRA REPVBL. FIORENTINA A VITA L'ANNO 1498. D'ANNI 74. E PADRE DI BERNARDO DE SIGNORI PRIORI PER LA MAGGIORE NEL 1526. IL QVALE LANDINO DI NATO NELLA GVERRA DI CAMPALDINO CONTRO GL' ARETINI NEL 1289. NEL CONFLITTO DI QVELLA CON VALORE ERGE' L'INSEGNA DELL' ESTINTO ALFIERE E NE TORNO' VITTORIOSO E SVCCESSORE DI QVELL' ONORE MORI' NEL 1343. D'ANNI 75. E VIVENDO NE POSTERI ANTONFRANCESCO DI SANTI D'ANTONIO DI SIMONE DI DOMENICO DI PIERO DI STEFANO DI PIERO DEL MED. LAND. DI NATO LANDINI ERESSE A PERP. MEM.

L'AN. M D C L I I I. D' AN. L X V.

§. LI.

VXorem reliquit moriens *Landinus*, quae tamen paullo poſt prae dolore e vivis exceſſit A. MDVIII. (1) & quattuor filios, *Beatricem* ſcilicet, quae paternam hereditatem adiit A. MDIII. (2), *Lauram* (3), *Thaddaeum* (4), & *Bernardum*, quorum poſtremus A. MCCCCXCIV. unus fuerat ex iis, qui tranquillitati Reip. conſulunt, et A. MDXXVI. unus ex Praeſidibus Civitatis, tandemque ad Vexilliferatus honorem A. MDXXX. evectus eſt. Hiſce muneribus optime defunctus, meruit a Florentina Rep. Oppidi, quod vulgo *Scarperia* vocant, Gubernator renunciari A MDXXXI. (5): quo anno *Mariam* ex nobili *Caccinia* familia (6), uxorem duxit; ex qua nullos ſuſcepit filios: tandemque A. MDXXXII. quum ſe morti proximum agnoſceret, teſtamentum condidit, diemque ſuum clauſit A. MDXLI. *Lu-*

cretiam naturalem filiam, paternae hereditatis compotem relinquens (7).

(1) In Schedis *Antonii Franc. Landini* haec reperi - Maria Lucrezia *Donni di Mes.* Cristofano *di* Bartolommeo Landini, *e figliuola di* Adovardo *degli* Alberti *fece testamento, e fidecommisso a v. Giugno* MDVIII. *rogato da Ser* Niccolò Rovai. -

(2) Haec bona patris pleraque dissipavit, eiusque Bibliothecam cuidam ex nobili *Nerliorum* familia vendidit, ut ex Instrumento Archivi Publici per *Io. Carcidonium* patet.

(3) *Laura* oritur A. MCCCCLXV.

(4) In Camera Fisci in Libris Deliberationum Dominorum, ad diem x. Kal. Febr. MDIII. haec habentur - Item dicti Domini simul „ adunati, et servatis etc. deliberaverunt prae„ cipi *Taddeo* Domini *Christophori* de *Landinis*, „ Civi Flor. quatenus in triduum proximum „ futurum personaliter compareat coram di„ ctis Dominis ad parendum eorum mandatis „ sub poena eorum indignationum. -

(5) In Praetoriis aedibus Scarpariae haec cum *Landinorum* Familiae insignibus inscriptio legitur - *Bernardo di Mes. Cristofano Landini Vicario l' Anno* MDXXXI. -

(6) Haec *Maria Alexandri Caccinii* F. antea uxor *Nicolai Biliocti* de *Biliottis* fuerat. De ea mentio obcurrit in Libris publicis Decumarum, Classe S. Crucis MDXXXIV. p. CCXIII. Reperire autem mihi contigit Instrumentum connubii inter hanc *Mariam*, et *Bernardum* nostrum initi; quod eo in Magistratu, ubi, quae con-

tra-

trahuntur connubia recenſentur, Florentiae ſervatur, L. c. Anno MDXXXII.

(7) Inter memoratas *Ant. Franciſci Landini* Schedas haec invenio - Bernardo *di Mes.* Criſtofano Landini *fece Teſtamento a dì* XXIV. *Ottobre* MDXXXXI. *rogò Ser* Lionardo *di* Franceſco Orlandi, *e laſciò erede univerſale la* Lucrezia *ſua figlia naturale, e legittima, e di più fa altri legati a Mona* Maria *ſua Donna, come al regiſtro* B. XXIV. p. LII. *alla Gabella de' Contratti, all' Archivio al Protocollo di detto Ser* Lionardo Orlandi *a* p. CCCLI. *dice rogato in caſa di detto* Bernardo Landini *nel borgo de' Greci popolo di S.* Firenze, *ſepoltura in S.* Croce - Item alio loco - Bernardo *di Mes.* Criſtofano Landini *a* XXVII. *Ottobre* MDXLI. *come ſi vede al libro de' Morti eſiſtente nell' Arte de' Medici, e Speziali, ſegnato* D. -

§. LII.

DIverſae exſtant picturae, *Landini* noſtri effigiem exhibentes, quarum unam memorat *Fridericus Otto Menckenius* (z). Haec vetuſtiſſima tabula eſt, ab artifice Italo picta, adſervaturque in Bibliotheca publica Lipſienſis Academiae. Viſuntur hic quattuor clariſſimorum virorum, quos aetas illa

la tulit, videlicet *Marsilii Ficini*, *Christophori Landini*, *Angeli Politiani*, *Demetrii Chalcocondylae* in rure Faesulano amice inter se confabulantium imagines vivis expressae coloribus. Eaedem prorsus imagines habentur in aere a nescio quo incisae, in libro rarissimo, sed omni et loci, et anni, et artificis indicio destituto, cui titulus: *Imagines Virorum Illustrium*, *Tabulae* CIV. Similem *Landini* faciem, inter triumviros *Marsilium Ficinum*, *Angel. Politianum*, *Demetrium Chalcocondylam*, eosdem nempe, quos Lipsiense monimentum ostendit, constituti, et cum illis familiariter, ut videtur, de Historia *D. Io. Baptistae*, quam ibi expressit artifex, conloquentis, vivis coloribus pictam a *Dominico Ghirlandaro* Pictore Florentino, apud Monachos *D. Dominici* in Templo S. *Mariae Novellae* Florentiae adhuc videmus (a). Alia *Landini* tabula in *Medicea* Pinacotheca, alia apud *Ambrosios*, aliaque in Veteri Palatio inspicitur, ubi

ubi *Laurentii Medicei* geſta picturis a *Georgio Vaſario* expreſſa ſunt.

(1) In Vita *Angeli Politiani* p. CCI.

(2) De ea loquitur *Georgius Vaſarius* in Libro II. Operis inſcripti: *Vite de' più eccellenti Pittori, Scultori, e Architetti*, p. CCCCLXI. et *Franc. Bocchius* in Libro, cui titulus: *Delle Bellezze di Firenze*.

I.

Chriſtophori Landini Flor. Xandra Libri tres ad Petrum Medicem.

Hoc opus elucubratum fuit A. circiter MCCCCXLV. editumque maxima ex parte inter Carmina Illuſtr. Poetar. Latinor. quae Florentiae prodierunt. MSS. vero exſtant in Bibl. *Mediceo-Laurentiana* Cod. Membr. in IV. Pl. XXXIII. n. XXV. in cuius fine legitur - *Liber Petri de Medices Coſmae filii*. Item Cod. Chart. in IV. n. XXIII. Initio Codicis haec leguntur - *Xandrae libri tres uſui mihi Galgano Monacho Ciſterc.* Item Cod. Chart. in IV. num. XXIV. In fine obcurrit Elegia *Naldi de Naldis ad Petrum Medicem in obitu Magni Coſmi eius genitoris, qui vere dum vixit optimus Parens Patriae cognominatus fuit. Obiit enim hic generoſus Parens Patriae Coſmus Kal. Aug. hora circiter* XXII. MCCCCLXIIII.

Xandrae Liber Primus Cod. Chart. in IV. num. XXVII. in fine ſequuntur Diſticha *Mich. Verini*

Verini ad *Paullum Saxiam*. Item Cod. Chart. in IV. num. XXVI. in fine additur *Maximiani Liber De Senectute*.

Exſtat quoque in Bibliotheca *Magliabechiana*, *Riccard.* I. IV. num. XXVII. et *Vaticana*, Cod. Membr. in IV. n. CCCXXXVI.

Poſtremo huic exemplari praemittitur *Landini* Epiſtola autographa *Bernardo Bembo* Senatori Veneto ſcripta, quam ſupra protulimus p. CLXIV.

Sequuntur *Xandrae* libri tres, ac deinde *Ad Bernardum Bembum Senatorem Equitemque Venetum* Elegiae IV. quarum initium eſt:

Hoc age nunc *Erato*, *Bembi* referamus amores,
Sed quos caeleſtis comprobat ipſa *Venus*.

In Bibliotheca *Vrbinati* Cod. Membranac. in fol. eximiis picturis ornato n. CCCLXVIII. litteris aureis legitur in adverſa libri pagina. In hoc pulcherrimo Codice continentur nonnulli Poetae Latini iuniores, qui in circumſcriptis circulis ſunt adnotati: CHRISTOPHORI LANDINI XANDRA. Nic. Perotti Epigrammata, et Fabulae. Bartholemei Contradae Ecloga, Muraſii Siculi Elegiae, Franciſci Patritii Ecloga, Antonii Panormitae Hermaphroditus, Callimachi Epigrammata.

In fine codicis haec habentur. MDXVII. *Fridericus Veteranus Vrbinas Bibliothecarius ad rei memoriam.*

Ne careat lacrymis liber hic poſt fata Feretri,
Hic me ſubſcripſi, cumque dolore gravi.
Hunc ego iamdudum *Federicus*, ſtante Feretro
Tranſcripſi, gratus vel fuit ille mihi,

Quem

Quem modo vel ſemper fas eſt lugere parentem !,
Et dominum, qui me nutriit, atque diu.
Pagina teſtis erit, lacrymis interlita noſtris
Haec tibi, qui miſta his carmina pauca legis,
Et ſi diſſimilis concluſit littera librum,
Scriptorem ignarum me dolor ipſe facit.

Ac profecto tota pagina, in qua haec ſcripta ſunt carmina, a me ſaepius viſa, lacrymis ubique interlita eſt.

II.

De Nobilitate Animae Dialogi, de qua Carolus Marſuppinus, Landinus, & Paullus quidam mathematicus invicem confabulantur.

Exſtant in Bibliotheca *Vaticana*, ut ex eiusdem indice patet, et *Riccardiana* Cod. Chart. in IV. K IV. n. XXIV.

Huius operis excerpta *Barptolemaeus Fontius* exhibet MSS. in *Riccard.* N III. n. XXVII. Vide ea quae ipſemet *Landinus* de Dialogis hiſce ſuis loquitur in Commentar. ad Purgator. *Dantis* C. XXV. et in Notis ad librum IV. Aeneidos, et *Iacobus Gaddius* de Script. non Eccleſiaſtic. V. *Landinus*.

III.

III.

Christophori Landini de Prato Veteri Eulogium in funere Magnifici, ac generosi Florentini Civis Nerei Capponi ad Iohannem Canisianum Civem etiam Florentinum, qui Nerius obiit die . . . . MCCCCLVII.

Incipit -

Non ergo immerito tam clari in funere Civis,
Sollicitas pectus, *Canisianae*, tuum.

Prostat in Bibl. *Riccardiana* Cod. Membr. in IV. M II. n. XIX. & Cod. Chart. in IV. n. I.

IV.

Christophori Landini Flor. in P. Virgilium interpretationes ad Petrum Medicem Magni Laurentii F.

In fol. in fine legitur - Florentiae impressum XV. Kal. Aprilis MCCCCLXXXVII. p. CCCLXXX. In Bibliotheca *Laurentiana* prostat Cod. Membr. in fol. Pl. LIII. n. XXXVII. In prima pagina picturis elegantissimis ornata legitur - *In hoc volumine continentur interpretationes Christophori Landini in Publii Virgilii opera, quae in circulis sunt adnotata, ad Petrum*

trum Medicem Laurentii F. - In circulis autem legitur *Bucolicon Carmen*, *Georgica*, *Libri Aeneidos*. Eadem Commentaria in *Virgilium*, et Allegorias *Platonicas* in eiuſdem Aeneidem adſervari in Bibliotheca Cardinalis *Palutii Alterii*, fidem facit *Nigrius* l. c. Edita rurſus fuerunt Venetiis A. MDVII. et MDXXIV. additis *Tib. Donati*, et *Domitii Calderini* notis, itemque *Mancinelli*, *Auguſtini Dathi etc.* Huius editionis mentio incidit in Bibliothecae *Tellerianae* Catalogo excuſo Pariſiis MDCXCIII. *Ludovicus Vives* Lib. III. De Tradendis Diſciplinis in fine ait, quod *Landinus* in *Virgilio* enucleando nimis philoſophatur, ut *Petrus Marſus* in Officia *Ciceronis* loquacitate plane intolerabilis.

V.

Chriſtophori Landini Florentini in Q. Horatii Flacci libros omnes ad Illuſtriſſimum Guidonem Feltrium Magni Federici Ducis Filium interpretationes incipiunt Feliciter.

In prima Operis pagina obcurrit - Ad *Horatium Flaccum Ode dicolos tetraſtrophos Angeli Politiani*. In fine vero haec habentur - *Chriſtophori Landini Florentini in Q. Horatii opera omnia interpretationum finis divino auxilio felix. Impreſſum per Antonium Miſcominum Florentiae Anno Salutis* MCCCCLXXXII. *Nonis Auguſti*. in. fol. p. CCLXIV. Huius operis MSS. Codex Membranac

branac. in fol. eximiis picturis ornatus exſtat in *Vaticana Vrbinati* n. CCCLVII. Additur auctoris effigies in littera initiali Epiſtolae Dedicatoriae. In fronte autem primae paginae haec notata reperi. QVAECVMQVE. SIVE. OBSCVRE. NIMIS. SIVE APERTE. PARVM. VT. POETAE. SOLENT. Q. HORATIVS. SCRIPSIT. EA. OMNIA. CHRISTOPHORVS. LANDINVS. PERSPICVA. REDDERE. HOC. VOLVMINE. CONATVS. EST. TV. LEGE. ET. VALE. Iterum Venetiis prodierunt Anno MCCCCLXXXIII. per *Io.* de *Forlivio*, et Socios in fol. A. MCCCCLXXXVI. per *Bernardum* de *Tridino* ex monte Ferrato. Legitur initio elegans Carmen *Angeli Politiani* in *Landini* laudem.

VI.

Orazione fatta per Mes. Criſtofano Landino, quando cominciò a leggere in ſtudio i Sonetti di Mes. Franceſco Petrarca.

Adſervatur in Bibl. *Strozziana* Cod. Chart. in IV. in *Magliabechiana*, ac *Salviata*, & apud Cl. *Ant. Mar. Biſcionium D. Laurentii* Canonicum, et Bibliothecae *Laurentianae* Praefectum Cod. Chart. in IV. Incipit - *Saranno per aventura etc.* In Codice memorato *Ant. Mariae Biſcionii* leguntur quoque ſequentes orationes.

VII.

VII.

Orazione di Meſſer Chriſtoforo Landino quando cominciò a leggere la divina Commedia di Dante Alighieri.

Incipit - Havendo per tempo etc.

VIII.

Orazione di Meſſer Criſtoforo Landino Fiorentino havuta alla Illuſtriſſima Signoria Fiorentina qnando preſentò el comento di Dante.

Incipit - Dimoſtrano tutti e Filoſophi etc. Oratio haec edita etiam fuit ſine ullo anni indicio in IV. pag. XI.

IX.

Eulogium Landini in funere Donati Acciaioli.

Auctographum mihi videtur, et in privata noſtra Bibl. extat Cod. Chart. in IV. incipit - *Grave profecto onus* - legitur quoque in Bibl. *Riccardiana* Cod. Chart. in IV. M III. n. I. Italice traductum fuit in collectione orationum *Iacobi Sanſovini*, quae prodiit Venetiis A. MDXCI. Quae

cum ita ſint errare mihi videtur *Ant. Teiſſerus* in Catalogo Auctorum, & Bibliothecarum Coloniae Allobrogum MDCCV. ubi ait - *Chriſtophorus Landinus Florentinus ſcripſit italice orationem funebrem Donati Acciaioli. Extat* inter *Orationes a Franciſco Sanſovino vulgatas Venetiis* MDLXXV. in IV. Huius orationis mentio incidit apud *Iacobum Gaddium* T. I. De Scriptor. non Eccleſiaſt. qui de *Donato Acciaiolo* agens, ſubdit - *magnis laudibus eſt cohoneſtatus a Landino in oratione funebri. Bocchius* in Elogiis Viror. Illuſtr. - *Laudavit eum*, ſcilicet Donatum, *Chriſtophorus Landinus, nactuſque dicendi miram facultatem et rei propoſitae, copioſe, et ſuo ſficio ſatisfecit.* Inter memorabilia inclitae familiae *Acciaiolae* Florentiae in officina *Bapt. Sermatelli* impreſſa, MDLXXXVIII. et a *Donato Acciaiolo* conlecta, qui vitam *Nic. Acciaioli* a *Matthaeo Palmerio* conſcriptam in Thuſcum Sermonem tranſtulit, ibique impreſſit p. CLXXX. haec leguntur. *Laonde fatto portare il ſuo corpo a Firenze, gli fece fare a ſpeſe del pubblico eſſequie onoratiſſime, nelle quali fece, e recitò l' orazione funerale Meſ. Criſtofano Landini, e gli dotò ancora due ſue figliuole, e a tre maſti, perchè eran rimaſti in età teneriſſima, deſtinò tutori il Magnifico Lorenzo de' Medici con tre altri Cittadini.*

X.

Chriſtophori Landini Flor. in funere Iordani Vrſini.

Oratio edita eſt abſque ulla loci aut anni nota in IV. p. VI. Incipit - Pervetuſtum ſane.

XI.

XI.

Chriſtophoro Landino alla Rep. Fior. quando dette il baſtone del Generalato al Signor Niccola Orſino Conte di Pitigliano.

Incipit - Di tutte le coſe etc. in IV. Flor. MCCCCLXXXV. Hanc *Franciſcus Sanſovinus* in Hiſtor. Vrſinae Gentis retulit, eamque *Gaddius* memorat l. c. in v. *Landinus - ut orator complures habuit exornativas, ſcilicet de Nic. Vrſino Comite Pitiliani Heroe inſigni, dum militare Sceptrum et Imperium exercituum Florentinorum obtinuit.*

XII.

Lettera di Criſtophoro Landino pel Conte Niccolò Orſini alla Rep. di Firenze.

Hanc Ep. *Nigrius* l. c. meminit, quam tamen numquam vidi.

XIII.

Elogium in Carolum Arretinum Reip. Flor. Secretarium.

MS. auctoris manu exſtat in Bibl. *Gaddianæ* Florentiae, ut teſtatur *Iacobus Gaddius* l. c. verbo *Landinus*, ac *Cinellius* in Schedis MSS. Hiſtor. Florentinorum Scriptorum in Bibl. *Magliabechiana*, idemque fortaſſe erit, quod in libris

Xandrae legitur, ac T. I. p. 83. protulimus.

XIV.

Christophori Landini Florentini ad Illustrem Fridericum Principem Vrbinatem disputationum Camaldulensium Lib. IV.

In primo agitur De Vita Activa. In secundo De Summo Bono. In tertio De Publii Virgilii Maronis Allegoriis. Florentiae, licet absque loci, aut anni indicio, opus prodiisse videtur post A. MCCCCLXXII. Constat paginis CXLI. in fol. MS. extat in Bibl. *Laurentiana* Cod. membr. in IV. elegantiff. Pl. LIII. n XXVIII. In fine legitur - *Excripsit Florentiae Petrus Cenninius, atque ad Archetypum emendavit* A. S. MCCCCLXXVI. *declinante vere*.

De hoc *Petro Cenninio*, *Bernardi* F. nonnulla hic adnotare lubet, cum is fuerit, ut eum *Ficinus* lib. I. Epp. adpellat *pietate litterisque apprime versatus*. Codicem varia continentem, qui in Bibliotheca *Magliabechiana* olim exstabat, summa fide transcripsit. Occurrunt primo inlustria *Alphonsi Neapolitiani* Regis facinora, exinde haec notata sunt - *Haec cum proderentur* LX. *Annum agebat Alphonsus. Editi in lucem hi libri fuerunt A. D.* MCCCCLV. *Neapoli*. Inde alia haec leguntur - *Quisquis hunc libellum, aut viderit, aut legerit; sciat emendatum esse, atque ab eo suppletum, et transcriptum exemplari, quod Antonius ipse Panhormita, genere Siculus, operis auctor, dono dederat Ioanni*,

